Lex continentie eadem est altaris[1] ministris que episcopis atque presbiteris. qui cum essent laici siue lectores licito et uxores ducere et filios procreare potuerunt. Sed cum ad predictos peruenerint gradus cepit eis non licere quod licuit. Vnde ut de carnali fiat spirituale coniugium, oportet eos nec dimittere uxores. et quasi non[2] habeant[3] sic habere quo et salua sit caritas conubiorum et cessent opera nuptiarum.
*JK 544; H 616b.56-66 (c 3), M 891; Br fo. 77r-v; ID 6.68; IP 3.106; D 31 c 10*

[1] et *add.* A
[2] sunt ? *add. and canc.* O
[3] habeant CS$^2$BVPZOHA; ha'nt L; habent RXSKN

**11**

*Quod non sit coniugii duplicatio quando ancilla relicta uxor assumitur cp. v*

Ancillam a thoro abicere et uxorem certe ingenuitatis accipere non duplicatio[1] coniugii sed profectus est honestatis. Culpanda sit sane talium negligentia, sed non penitus desperanda, ut crebris cohortationibus[2] incitati quod necessarie expetiuerunt fideliter exequantur. Nemo enim desperandus est dum in hoc corpore constitutus est. Quia nonnumquam quod[3] diffidentia[4] etatis differtur consilio maturiore perficitur.
*JK 544; H 617a.29-39 (c 5), M 892; +C 32 q 2 c 11*

[1] -ca- *ss* K
[2] coh- CRKNVPZOHQA$^2$; exh- B; choh- A
[3] quod CLR$^2$XSBVPZOHA; *ss before* nonnumquam K$^2$; *om.* RKND
[4] nonn. quod diff.] non unquam qui fidentia W

**12**

*De communione priuatis et ita defunctis c. vi*

Horum causa Dei iudicio reseruanda est[1] in cuius manu fuit ut talium obitus usque ad communionis remedium[2] non[3] differetur. Nos autem quibus uiuentibus non communicauimus mortuis communicare non possumus.
*JK 544; H 617a.40-5 (c 6), M 892; ID 14.60 with inscr. in text; IP 5.118 as ID; C 24 q 2 c 1 as ID*

[1] *ss* C
[2] comm. rem. CKNBZHA; rem. comm. O
[3] non CRXSKNB; *om.* ZOHA

**13**

*Quod oporteat eum qui pro illicitis ueniam poscit etiam a multis licitis abstinere c. viii*

Aliud quidem est[1] debita iusta reposcere, aliud propria perfectionis amore contempnere. Sed illicitorum ueniam postulantem oportet etiam a multis licitis[2]

[1] *superscr.* A

abstinere. dicente[3] apostolo, Omnia licent sed non omnia expediunt. Vnde si quis penitens habeat causam quam negligere forte non debeat melius expetit ecclesiasticum quam forense iudicium.
*JK 544; H 617a.52-60 (c 8), M 892; De pen. D 1 c 65*

---

[2] licitis C[2]LSWKNBVPZOHA; *om.* CRX
[3] Domino *add. and canc.* A

**14**

*Quod penitenti nulla lucra negociationis exercere conueniat cp. viiii*[1]

Qualitas lucri negociantem aut accusat[2] [27rb] aut arguit, quia est et honestus questus et turpis. Verum tamen penitenti utilius est dispendia pati[3] quam periculis negociationis astringi. Quia difficile est inter uendentis ementisque[4] commercium[5] non interuenire peccatum.
*JK 544; H 617a.61-7 (c 9), M 892; ID 6.202 as BD 2.128, 13.25;De pen. D 5 c 2*

[1] cp. viiii CKBNZOQA; *om.* H
[2] accusat CRXKNB; excusat ZOHQA
[3] pa A
[4] ementisque CKNBZQA; et ementisque O; et ementis H
[5] commercium CKNBZHA; consortium O

**15**

*Quod ad*[1] *militiam secularem post penitentiam nullus redire*[2] *debeat c. x*

Contrarium uero est[3] ecclesiasticis regulis post penitentie actionem redire ad militiam secularem. cum apostolus dicat[4], Nemo militans Deo implicat se negociis secularibus[5]. Vnde non est liber a laqueis diaboli qui se militie mundane uoluerit[6] implicare.
*JK 544; H 617b.1-7 (c 10), M 892; ID 15.80 as BD 19.66; De pen. D 5 c 3*

[1] ad CKNBZHOQ; *om.* A
[2] nullus redire CRXKDB; nullus (post pen.*here*) redire N; redire non ZOHA
[3] uero est CRXKND; uero omnino est C[2]; est omnino LSBVPZOHA; omnino est W
[4] ap. dicat CKNBZOQ; dicat ap. HA
[5] se neg. sec. LRXSWKNDPZOHA; se sec. neg. CV; neg. se sec. B
[6] uol- CKNBZQA; nol- OH

**16**

*Quod adolescens si*[1] *urgente quocumque*[2] *periculo penitentiam gessit et non se continet uxoris*[3] *potest remedio sustineri*[4] *c.xi*[5]

In adolescentia constitutus si urgente aut metu mortis aut captiuitatis periculo penitentiam gessit, et postea timens lapsum incontinentie iuuenilis copulam uxoris elegit. ne crimen fornicationis incurreret, rem uidetur fecisse uenialem si preter coniugem nullam omnino cognouerit. In quo tamen non regulam constituimus sed quod[6] sit[7] tolerabilius estimamus. Nam secundum ueram cognitionem nichil magis ei congruit qui penitentiam gessit quam castitas perseuerans et mentis et corporis.
*JK 544; H 617b.8-19 (c 11), M 892-3; C 33 q 2 c 14 to* estimamus

[1] si CKNBZOHQ; non A
[2] *in mg.* X[2]
[3] uxoris CKNBZOHQ; *om.* A
[4] -ineri CRBZOHA; -inere K; in' N; sustentari D
[5] c. xi *before* Quod B; *om.* V
[6] quod LRXSWKNDBV[2]P; quid CVZOHQA
[7] sit CKNBPOHQA; si Z

**17**

*Quod si quis propositum monachi deseruerit publica sit penitentia et satisfactione purgandus c.xii*[1]

Propositum monachi proprio arbitrio aut uoluntate susceptum deseri non potest absque peccato. Quod enim quis uouit Deo debet et reddere. Vnde qui relicta singularitatis professione ad militiam uel ad nuptias deuolutus est publice penitentie satisfactione purgandus est. Quia etsi innocens militia et honestum potest esse coniugium electionem meliorum deseruisse transgressio est.

*JK 544; H 617b.20-9 (c 12), M 893; ID 7.19; IP 3.182; C 20 q 3 c 1*

[1] cap. ii *before* Quod B; cap. xiii P

**18**

*Quod puelle que non coacte sed uoluntate propria uirginitatis propositum susceperint delinquunt cum nupserint etsi nondum fuerant consecrate cp. xiii*[1] [27va]

Puelle que non[2] parentum coacte[3] imperio sed spontaneo iudicio uirginitatis[4] propositum atque habitum susceperunt[5], si postea nuptias eligunt. preuaricantur. etiam si nondum gratia consecrationis eis[6] accessit. Cuius utique[7] non fraudarentur munere si[8] in proposito permanerent.

*JK 544; H 617b.30-7 (c 13), M 893; ID 7.20; C 20 q 1 c 8a*

[1] cp. xiii ? *add.* H[2]; *before* Quod B
[2] coacte *add.* O
[3] *ss* B
[4] -r- *ss* C
[5] pre *add. and canc.* O
[6] gr. cons. eis CXKNB; eis gr. cons. ZOHA
[7] utique CRXBZOHA; itaque KND
[8] *followed by an erasure* H

**19**

*De his que*[1] *consecrate sunt*[2] *si postea nupserint*[3] *cp. xiiii*[4]

Ambigi non potest[5] magnum crimen admitti ubi et propositum deseritur et consecratio uiolatur. Nam si humana facta non possunt impune calcari. quid de his manebit qui corruperint[6] federa diuina sacramenti?[7]

*JK 544; H 617b.38-43 (c 14), om. M; ID 7.21 (insc. var. of this); C 20 q 1 c 8b*

[1] iam *add.* GZOHQA, *om.* CXSKDBVP
[2] *ss* C
[3] De – nups. *om.* N
[4] xiiii CRSKNB(*before* De)VZOHQ; *om.* D; xviii A
[5] et *add. and canc.* O
[6] corruperint CKDBZOHA; corrumpunt N
[7] fed. diu. sacr. CRXKNBVP; fed. diuina sacramenta D; fed. diuini sacramenti D; diu. fed. sac. ZOHQ*; diu. sac. fed. A; De his quibus dubium est utrum baptismum perceperint necesse sit ut renascantur *add.* ZOHQ (*but not* A; *cf c 20*)

**20**

*De his de quibus dubium[1] est utrum baptismum perceperint[2], quod necesse sit ut renascantur[3] cap. xv*

Si nulla extant[4] indicia inter propinquos aut familiares, nulla inter clericos aut uicinos[5] quibus hii de quibus queritur baptizati fuisse[6] doceantur, agendum est ut renascantur. ne manifeste pereant, in quibus quod non ostenditur gestum, ratio non sinit ut uideatur iteratum. Qui autem possunt meminisse quod ad ecclesiam ueniebant cum parentibus[7] possunt recordari an[8] quod ab eorum parentibus[9] dabatur acceperint[10]. Sed si hoc etiam ab ipsa memoria alienum est, conferendum eis uidetur quod collatum esse nescitur. Quia non temeritas interuenit presumptionis ubi est diligentia pietatis[11].

*JK 544; H 617b.44-58 (c 15), M 893; ID 1.238 as BD 4.44; IP 1.238; De cons. D 4 c 113*

[1] *suppl. in mg* C
[2] -erunt P
[3] De his - renascantur CRXKNB(cap. xv *before* De)P; De eo ex quo non est certum utrum fuerit baptizatus ZOHA
[4] extant C[2]LSBZOHA; exeant RXKN; ? C
[5] cler. aut uic. CKNBZOHQ; uic. aut cler. A
[6] memorantur uel *add.* A
[7] suis *add.* ZOHQA, *om.* CKNBVP
[8] possunt recordari an CKNBZOHQ; aut A
[9] possunt recordari – parent. *in mg* X[2]
[10] -erint CKNBZOHQ; -erunt A
[11] pietatis CRKNVPZOHA; *om.* B

**20A[1]**

*Cap. i.[2]*

Leo episcopus urbis Rome Anastasio episcopo[3] Thessalonicensi. Multum stupeo. frater karissime, sed et primum doleo quod in eum de quo nichil amplius iudicaueras quam quod euocatus adesse differet et executionem infirmitatis obtenderet tam atrociter et tam uehementer poteris[4] commoueri. presertim cum etiam si tale aliquid mereretur, expectandum tibi fuerat quid ad tua consulta rescriberemus[5]. Sed etiam si quod[6] graue intolerandumque committeret. nostra erat expectanda censura ut nichil prius ipse decerneres[7] quam quid nobis placeret agnosceres. Vices enim nostras ita tue credimus[8] caritati ut in partem sis uocatus sollicitudinis, non in [27vb] plenitudinem potestatis[9]. Vnde sicut multum nos ea[10] que a te pie sunt curata letificant[11], ita nimium ea que perperam sunt gesta contristant.

*JK 411; H 619a.17-24,* sed etiam si - *end 36-45, M 857-8; +C 3 q 6 c 8*

[1] *om.* A
[2] De eo qui euocatus (*corr. from* aduocatus *by expunction* C) adesse distulit et excusationem infirmitatis obtendit *add.* C(*in black in small cramped script*)L (*adding* cap. ii); capitulum i *only* RXSWKNBVPGZOH; Vt metropolitanis sua iura seruentur *add.* V[2]
[3] episcopo C[2]LR[2]SWKNBVPZOH; *om.* CRX
[4] poteris CLRXSWKNBPZOH; potueris C[2]
[5] rescriberemus CKDBZOH; responderemus N
[6] quod LRXWKDBPZOH; quid CSN
[7] decerneres CL[2]RXBPZOH; decernens L; discerneres SKND
[8] credimus LRXSKNDBV[2]O; credidimus CL[2]WVPZHQ
[9] *corr. from* pietatis O
[10] ea CKDBZOH; *om.* N
[11] *corr. fr.* -ent K

**21[1]**

*Vt metropolitanis sua iura seruentur cap. ii[2]*

[1] *om.*A

Igitur secundum sanctorum patrum canones Spiritu Dei conditos et totius mundi reuerentia consecratos, metropolitanos singularum prouinciarum episcopos quibus ex delegatione nostra fraternitatis tue cura pretenditur[3] ius tradite sibi antiquitus dignitatis intemeratum habere decernimus[4], ita ut a regulis prestitutis[5] nulla aut negligentia aut presumptione discedant.
*JK 411; H 619a.53-62 (c 1), M 858; ID 5.346; +C 25 q 2 c 5*

---

[2] cap. ii LRXSWKNBVPGZOH; *om.* C
[3] -tur *ss* K
[4] decernimus CKNBZOQ; decreuimus H
[5] -ut- *ss* O

## 22[1]

### *Vt nullus inuitis[2] ordinetur episcopus cap. v[3]*

Cum igitur[4] de summi sacerdotis electione tractabitur. ille modis omnibus preponatur quem cleri plebisque consensus concorditer postulauerint[5]. ita ut si in aliam fortasse personam partium[6] se uota diuiserint. metropolitani iudicio is alteri preferatur qui maioribus et studiis uiuatur et meritis tantum ut nullus inuitis et non petentibus[7] ordinetur[8] ne plebs[9] inuita episcopum non optatum aut contempnat aut oderit et fiat minus[10] religiosa quam conuenit cui non licuerit habere quem[11] uoluit.
*JK 411; H 619b.22-33 (c 4), M 858-9; ID 5.347; below 3.9.2A; IP 3.6; D 63 c 36 is widely var.*

---

[1] *om.*A
[2] inuitis CKNBOH; inuitus ZQ
[3] cap. v *before* Vt B
[4] igitur CRKNB; ergo ZOH
[5] postulauerint CR²XKNBZOQ; lauerint R; postulauerit H
[6] *corr. fr.* spatium H
[7] penitentibus L; *an erasure after* pe- O
[8] episcopus *add.* C, *lacuna here* P, *om.* LRXSWKNBVZOH
[9] ples X
[10] *in mg.* X²
[11] *corr. from* quod C

## 23[1]

### *Vt metropolitanus episcopus de electo quem est ordinaturus episcopum[2] referat ad uicarium sedis apostolice cap. vi[3]*

De persona igitur consecrandi episcopi et de cleri plebisque consensu metropolitanus episcopus[4] ad fraternitatem tuam referat, quodque in prouincia bene placuit scire te faciat, ut ordinationem[5] rite celebrandam tua quoque firmet auctoritas. que rectis dispositionibus nichil more aut difficultatis debebit affere[6], ne gregibus Domini diu desit cura pastorum. Metropolitano[7] uero defuncto cum in loco eius alius fuerit subrogandus. prouinciales episcopi ad ciuitatem metropolim conuenire debebunt ut omnium clericorum atque omnium[8] ciuium uoluntate discussa[9] ex presbiteris[10] eiusdem ecclesie uel[11] dyaconibus optimus eligatur. De cuius nomine ad tuam

---

[1] *om.*A
[2] -opum CKNBVZH; -opus O
[3] *before* Vt B
[4] episcopus CKBZOH; *om.* N
[5] -ionem CKNBZH; -ione O; Q *uncertain*
[6] *corr. fr.* auf- Z
[7] -anuso O
[8] clericorum atque omnium *om.* O
[9] *corr. fr.* disiussa C
[10] ex pres. *om.* O
[11] ex *add.* ZOH, *om.* CRXSKNBP

noticiam [28ra] prouinciales referant sacerdotes. impleturi uota poscentium cum quod ipsis placuit tibi quoque placuisse[12] cognouerint. Sicut enim iustas electiones nullis dilationibus uolumus fatigari, ita nichil permittimus te ignorante presumi.
*JK 411; H 619b.34-55 (c 5), M 859; ID 5.348; D 65 c 4 to* cura pastorum, *D 63 c 19 (*Metropolitano - optimus ordinetur*)*

[12] tibi - placuisse *in mg.* Z

**24**[1]

*Vt bina per annum prouincialia episcoporum concilia celebrentur et si res difficilis[2] emerserit. nec fuerit Thessalonicensis episcopi iudicio[3] terminata, ad Romanum episcopum referatur cp. vii[4]*

De conciliis autem[5] episcopalibus non aliud indicimus quam sancti patres salubriter ordinauerunt, ut scilicet bini conuentus per annos singulos habeantur. in quibus de omnibus querelis que inter[6] diuersos ecclesie ordines nasci assolent iudicetur. Ac si forte inter ipsos qui presunt de maioribus peccatis nascitur[7]. quod absit, causa que prouinciali nequeat examine definiri, fraternitatem tuam de totius negocii qualitate metropolitanus curabit instruere ut si coram positis partibus nec tuo[8] fuerit res sopita iudicio. ad nostram cognitionem quicquid illud est transferatur.
*JK 411; H 619b.56 - 620a.2 (c 6), M 859; ID 4.241; +D 18 c 2*

[1] *om.*A
[2] -ilis CKDBPZO; -iles N; -il' H
[3] *ss* Z; *corr. fr.* –cia P
[4] cap. vii *before* Vt B; *om.* D
[5] *ss* Z
[6] inter CKDBZOH; intra N
[7] *om.* O
[8] nec tuo part. *marked for change* H

**25**

*Vt si quis episcopus[1] maiorem sedem ambierit[2], et suam perdat et illam non obtineat c. viii*

Si quis autem episcopus ciuitatis sue mediocritate despecta administrationem loci celebrioris ambierit, et ad maiorem se plebem quacumque ratione transtulerit, a cathedra pellatur aliena, sed carebit et propria, ut nec illis presideat quos[3] per auariciam concupiuit nec illis quos per superbiam spreuit. Suis igitur terminis quisque contentus[4] sit, nec supra mensuram iuris sui[5] affectet augeri.
*JK 411; H 620a.3-12 (c 7), M 859; BD 1.74; ID 5.103; C 7 q 1 c 31*

[1] episcopus CKNBZHA; *om.* O
[2] ambierit CRSKDBVPZO; elegerit N; abierit H?Q
[3] *corr. from* quosubus A
[4] contentus CKNBZOHQ; contemptus A
[5] iuris sui CKNBZH; sui iuris O; iuris suis A

**26**

*Vt nullus alienum clericum sollicitet inuito episcopo suo cp. viiii[1]*

Alienum clericum inuito episcopo ipsius nemo suscipiat. nemo sollicitet nisi forte ex placito caritatis id inter dantem et accipientem conueniat. Nam grauis iniurie reus est qui de fratris ecclesia id quod est utilius aut[2] preciosius audet uel abicere uel tenere. Itaque si intra prouinciam res agitur transfugam [28rb] clericum ad ecclesiam suam

[1] cap. viiii *before* Vt B; *om.* D
[2] aut CKDBZOHA; uel N

metropolitanus redire compellat. Si autem longius recessit sui precepti auctoritate reuocabitur. ut nec cupiditati nec ambitioni occasio relinquatur[3].
*JK 411; H 620a.13-24 (c 8), M 859; ID 6.69; C 19 q 2 c 1 to* suscipiat *only*

[3] -inquatur CKNBZOHQ; -iquatur A

**27**

*Vt quisque prelatis obedientiam exhibeat[1] quam exigit a subiectis cp. xi[2]*

Qui[3] scit se quibusdam prepositum non moleste ferat aliquem sibi esse prelatum. sed obedientiam quam exigit etiam ipse dependat, et sicut non uult grauis oneris sarcinam ferre, ita non audeat alii[4] importabile pondus[5] imponere. Discipuli enim sumus humilis et mitis magistri dicentis, Discite a me quia mitis sum et humilis corde et inuenietis requiem animabus uestris. Iugum enim meum suaue est, et onus meum leue[6].
*JK 411; H 620a.18-28 (c 10 pt), M 860; +C 2 q 6 c 14 to* humilis corde

[1] ob. ex. CRKNVPZOHA; ex. ob. B
[2] xi *om.* A
[3] Qui LRXSWKNBVPZOHA; Quis C
[4] alii CKNBZHA; aliis O
[5] imp. pond. CKNBZOHQ; pond. imp. A
[6] est *add.* ZOHQ, *om.* CRXKNBA

**28**[1]

*Quod uiri de captiuitate reuersi[2] debent recipere[3] uxores suas que[4] aliis nupserant cp.i[5]*

Leo episcopus Nicete episcopo Aquileiensi salutem. Cum per bellicam[6] cladem[7] et per grauissimos hostilitatis incursus ita quedam dicatis diuisa esse coniugia. ut abductis in captiuitatem uiris femine eorum remanserint destitute. que uiros proprios aut interemptos putarent aut nunquam a[8] dominatione crederent liberos[9] et in aliorum coniugium sollicitudine cogente transierint. cumque[10] nunc statu rerum auxiliante Domino in meliora conuerso nonnulli eorum qui putabantur perisse remearint. merito caritas tua uidetur ambigere quid de mulieribus que aliis iuncte sunt uiris a nobis debeat ordinari. Sed quia nouimus scriptum quod a Domino iungitur mulier uiro et iterum preceptum agnouimus ut[11] quod Deus coniunxit[12] homo non separet. necesse est ut legitimarum federa nuptiarum[13] redintegranda credamus et remotis malis que hostilitas intulit[14] unicuique id quod legitime habuit reformetur. Omnique studio[15] procurandum est ut recipiat unusquisque quod proprium est.
*JK 536; H 621a.8-30 (c 1), M 866-7; ID 8.244a; IP 6.87a; C 34 q 1/2 c 1a*

[1] *om.*A
[2] *corr. fr.* leu- Q
[3] accipere Q
[4] *corr. fr.* si Q
[5] Quod - nups. cp. i CRWKD(*om.* cp.i)B(cp. i *before* Quod)VP(*om.* i)ZOHQ; Vt uiri de captiuitate reuersi si non sint offensi intemperantia exorum recipiant eas si uelint N
[6] -c- *ss* H
[7] *ss* O
[8] a CKNBZOQ; *om.* H
[9] liberos LRXWKNBVPZOH; liberandos CL$^2$SV$^1$
[10] -que *ss* Z
[11] *ss* V
[12] coniunxit CRXKNBV; iunxit ZOH
[13] *ss* Z
[14] *ss* O
[15] stu O

## 29[1]

*Quod non[2] sit culpabilis qui uxorem capti[3] in matrimonium duxit[4] cap. ii* [28va]

Nec[5] tamen culpabilis iudicetur, et tanquam alieni iuris peruasor habeatur qui personam[6] eius mariti qui iam non esse estimabatur assumpsit. Sic enim multa que ad eos qui[7] in captiuitatem ducti sunt pertinebant in[8] ius alienum transire potuerunt. Et tamen plenum iusticie est ut hisdem reuersis propria reformentur. Quod si in mancipiis uel in agris aut etiam in domibus ac[9] possessionibus rite seruatur[10], quantomagis in coniugiorum redintegratione faciendum est, ut quod bellica necessitate turbatum est. pacis remedio reformetur?

*JK 536; H 621a.31-43 (c 2), M 867; ID 8.191 (insc. sl. var.), 8.244b; IP 6.87b; +C 34 q 1/2 c 1b*

---

[1] *om.*A
[2] non CKNBRZOH; *om.* D
[3] *corr. fr.* pati H
[4] duxit CKDBZ; duxerit N; dux' O; H *obsc.*
[5] *corr. fr.* Non V
[6] personam CKNBZH; uxorem O
[7] *ss* K
[8] in CKNBZOQ; *om.* H
[9] ac CKNBZOQ; aut H
[10] *corr. from* forseruatur O

## 30[1]

*Vt uiri de captiuitate reuersi si non sint offensi intemperantia uxorum, recipiant eas si uelint cp.iii*

Et ideo si uiri post longam captiuitatem reuersi ita in dilectionem[2] suarum coniugum perseuerent, ut[3] eas cupiant in suum redire consortium, omittendum est et inculpabile iudicandum quod necessitas intulit, et restituendum quod fides poscit.

*JK 536; H 621a.44-9 (c 3), M 867; ID 8.193 (insc. sl. var. as BD 9.56), 8.244c; IP 6.87c; C 34 q 1/2 c 1c*

---

[1] *om.*A, *after c 31* H
[2] -ionem CLRSWBVP; -ione KNDZOHQ; in dil. *repeated and canc.* H
[3] *ss* H

## 31[1]

*Vt mulieres si redire ad priores[2] maritos[3] noluerint excommunicentur c.iiii*

Si autem alique mulieres ita posteriorum uirorum amore sunt capte ut malint his[4] coherere quam ad legitimum redire consorcium, merito sunt notande ita ut etiam[5] ecclesiastica communione priuentur, que de re excusabili contaminationem criminis elegerunt, ostendentes sibimet pro sua incontinentia placuisse quod iusta remissio poterat expiare. Redeant ergo in suum statum uoluntaria redintegratione coniugia, neque ullo modo ad opprobrium male uoluntatis trahatur quod conditio necessitatis extorsit. Quia sicuti he mulieres que reuerti ad uiros suos nolunt impie sunt habende, ita ille que in affectum ex Deo initum redeunt. merito sunt laudande.

*JK 536; H 621a.50 –b.8 (c 4), M 867; ID 8.192 insc. slightly var. as BD 9.57, 8.244d (*Si autem - priuentur *only); IP 6.88; C 34 q 1/2 c 1d*

---

[1] *om.*A
[2] priores CKDBZOH; proprios N
[3] maritos CKNBZOH; uiros (uel maritos *ss*) D
[4] *corr. fr.* has Z
[5] ut etiam CKNBZOQ; etiam ut H

**32**

*Vt penitentie tempora pro etate et ualitudine temperentur cp. vi*[1]

Tempora penitudinis[2] habita moderatione constituenda tuo[3] [28vb] iudicio prout conuersorum animos prospexeris esse deuotos, pariter[4] etiam habentes etatis senilis[5] intuitum et periculorum quorumque aut egritudinum respicientes necessitates[6]. In quibus si quis ita grauiter urgeatur[7] ut[8] dum adhuc penitet[9] de salute ipsius[10] desperetur oportet ei per sacerdotalem sollicitudinem communionis gratia subueniri.
*JK 536; H 621b.28-38 (c 6 pt), M 868; +C 26 q 7 c 2*

---

[1] vi CKNZBOQ; vii H; *om.* DA
[2] plenitudinis L
[3] constituenda tuo CLRXWKNDBVP; constituenda sunt tuo C[2]SV[2]; tuo constituenda ZOHA
[4] -ri- *ss* A
[5] se senilis *with a hole in the leaf in mid-word* O
[6] relinquimus *add. ss* K
[7] -eatur CKNBZOHQ; -etur A
[8] ut CKNBZOHQ; *om.* A
[9] ut *add.* A
[10] ipsius CKNBZOHQ; illius A

**33**

*Vt hii qui ab*[1] *hereticis baptizati sunt, sola Sancti Spiritus*[2] *inuocatione firmentur c.vii*

Nam hii qui baptismum ab hereticis[3] acceperunt cum baptizati antea[4] non fuissent sola Sancti Spiritus inuocatione per impositionem manus confirmandi sunt, quia formam tantum baptismi sine sanctificationis uirtute sumpserunt. Et hanc regulam ut scitis seruandam in omnibus ecclesiis predicamus, ut lauachrum semel initum[5] nulla iteratione uioletur. dicente apostolo, Vnus Deus, una fides, unum baptisma. Cuius ablutio nulla iteratione temeranda est. sed ut diximus sola sanctificatio Sancti Spiritus inuocanda, ut quod[6] ab hereticis nemo accipit[7]. a catholicis sacerdotibus consequatur.
*JK 536; H 621b.39-53 (c 7 pt), M 868; +C 1 q 1 c 51, here as in later form*

---

[1] ab CKNBZHA; ad O
[2] Sancti Spiritus CRXKNB; Spiritus Sancti ZOHA
[3] bapt. ab her. CKNBZOHQ; ab her. bapt. A
[4] antea LRXSWNDBVZOHA; ante CP; anima K
[5] initum CNBZOHA; initium *corr. to* initiatum K
[6] quod CKNBZOQA; apud H
[7] -ipit CNBZOHA; - ip' D; -ipiat K

**34**[1]

*Quod non sit*[2] *principatus per ambitum aut seditionem occupandus*

Leo episcopus[3] uniuersis episcopis per Affricam constitutis. Necessarium fuit ut dolorem cordis nostri quo pro dominicorum[4] gregum periculis estuamus datis nunc ad uos litteris promeremus. mirantes tantum apud uos per occasionem temporis impacati aut ambientium presumptionem aut tumultum ualuisse popularem, ut indignis quibusque et longe extra sacerdotale meritum constitutis pastorale fastigium et gubernatio ecclesie crederetur. Non est hoc consulere populo sed nocere, nec prestare regimen sed augere discrimen. Integritas enim presidentium salus est subditorum, et ubi est incolumitas obedientie, ibi sana est[5] forma doctrine. Principatus autem quem

---

[1] *om.*A
[2] sit CKDBZOHQ; *om.* N
[3] episcopus CKNBOHQ; *om.* Z
[4] dominicorum CKDBZOHQ; dominorum N
[5] sana est CKNBZHQ; est sana O

aut seditio extorsit aut ambitus occupauit[6], etiam si [29ra] moribus atque actibus non offendit, ipso tamen inicii sui est perniciosus[7] exemplo. Et difficile est ut bono peragantur exitu que malo sunt inchoata principio. Quod si in quibuslibet[8] ecclesie gradibus prouidenter scienterque curandum est, ut in domo Domini nichil sit inordinatum, nichilque preposterum. quantomagis elaborandum est ut in electione[9] eius qui supra[10] omnes gradus constituitur non erretur? Nam totius familie Domini status et ordo nutabit[11] si quod requiritur in corpore non inuenitur in capite. Vbi est illa beati Pauli apostoli per Spiritum Dei[12] emissa preceptio qua in persona Tymothei omnium sacerdotum Christi numerus eruditur et inde unicuique nostrum dicitur, Manus cito nemini imposueris. neque communices peccatis alienis? Quid est cito manus imponere, nisi ante etatem maturitatis, ante tempus examinis, ante meritum laboris, ante[13] experientiam discipline sacerdotalem honorem tribuere non probatis? Et quid est communicare peccatis alienis nisi talem effici ordinantem qualis ille est[14] qui non meruit ordinari? Sicut enim[15] boni operis sibi comparat fructum qui rectum tenet in eligendo sacerdote iudicium, ita graui semet ipsum afficit dampno, qui ad sue dignitatis collegium sublimat indignum. Non enim in cuiusquam persona pretermittendum est quod[16] institutis generalibus continetur. Nec putandus est honor ille legitimus qui fuerit[17] contra diuine legis precepta collatus. Merito patrum beatorum uenerabiles sanctiones cum de sacerdotum[18] electione loquerentur eos demum idoneos sacris administrationibus censuerunt quorum omnis etas a puerilibus exordiis usque ad perfectiores annos per discipline ecclesiastice stipendia cucurrisset. Vt unicuique testimonium prior uita preberet. Nec potest de eius prouectione dubitari cui pro laboribus multis, pro moribus castis. pro actibus strenuis celsioris loci[19] [29rb] premium debetur. Si enim ad honores mundi sine suffragio temporis, sine merito laboris indignum est perueniri et notari ambitus solent, quos probitatis documenta non adiuuant, quam diligens et quam prudens habenda est dispensatio[20] diuinorum munerum et celestium dignitatum?

*JK 410; H 622.12-38,* Merito patrum - *end 623.10-18, M 877-8; ID 5.105a; +D 61 c 5 (mod. at beginning, and much added later), +D 78 c 3 (*Quid est - meruit ordinare*), C 1 q 1 c 25 (*Principatus quem - inchoata principio*)*

---

[6] aut *add. and canc.* Z

[7] est pern. CRXBZOH; est pernitios P; pern. est KND

[8] -b- *ss* B

[9] -ne *ss* C

[10] supra CRXBZOH; super KNDP

[11] nutabit CRXSKD$^2$VZOH; mutabit KBP; mutabitur N

[12] *ss* H

[13] tempus *add. and canc.* O

[14] ille est CKNBZOQ; est ille H

[15] *ss* O

[16] in *add.* C$^2$LVPZOHQ, *om.* CRXSKNDB

[17] -erit CLSWBVPZOHQ; -erat RXKND

[18] *corr. from* -ote O

[19] cels. loci CRKNVPZOH; loci cels. B

[20] dispensatio CRBVPZOH; *om.* D; dispositio D$^2$KN

**35**[1]

*Non in eligendo episcopo apostolica et canonica decreta uiolentur*[2]

Nec in aliquo apostolica et canonica decreta uiolentur et his ecclesia Domini regenda credatur qui legitimarum institutionum nescii et totius humilitatis ignari non ab infimis sumere incrementum, sed a summis uolunt habere principium, cum ualde iniquum sit et absurdum ut imperiti magistris, noui antiquis et rudes preferantur emeritis.

*JK 410; H 623.18-23, M 878-9; ID 5.105b; +D 61 c 8*

---

[1] *om.*A
[2] Non in – uiol. *in mg, ( four lines earlier* ZOQ*) with no break in text* ZOHQ

**36**[1]

*Vt in die Resurrectionis leuitica et sacerdotalis fiat ordinatio. Ex epistola ad Dyoscorum*[2]

Quod die dominico ordinationes sacerdotum celebrantur. non tantum ex consuetudine, sed etiam ex apostolica nouimus uenire doctrina, scriptura manifestante, quod cum apostoli Paulum et Barnaban ex Spiritus Sancti precepto[3] ad euangelium gentibus mitterent predicandum, ieiunantes et orantes imposuerunt eis manus ut intelligamus quanta et dantium et accipientium deuotione curandum sit ne tante benedictionis sacramentum negligenter uideatur impletum[4], et ideo pie et laudabiliter apostolicis morem gesseris institutis si hanc[5] ordinandorum sacerdotum formam per ecclesias quibus Dominus preesse te[6] uoluit etiam ipse seruaueris, ut his qui consecrandi sunt nunquam benedictio nisi in die Resurrectionis dominice tribuatur. Cui a uespere Sabbati inicium constat[7] asscribi que tantis diuinarum[8] dispensationum misteriis est[9] consecrata. ut quicquid[10] a Domino eius insigniis[11] constitutum in huius diei[12] dignitate sit gestum. In hoc mundus[13] sumpsit exordium, in hac[14] per resurrectionem Christi et[15] mors interitum [29va] et uita accepit principium.

*JK 406; H 627a.53- b.16, M 779-80; ID 6.71; +D 75 c 5*

---

[1] *om.* A
[2] Ex epistola (Exempla D) - Diascorum. Vt - ordinatio ND
[3] ex Sp. sancti prec. CRKNVZOHQ; prec. sancti Sp. B; exp'c sancti prec. P
[4] *after corr.* Z
[5] hanc *repeated and canc.* O
[6] preesse te CRBPZOH; te preesse KND
[7] *corr. fr.* -tant Z
[8] *ss* C
[9] *ss* Z
[10] quicquid CRD²BPZOH; quicumque D; quicquam KN
[11] eius insigniis (*corr. fr.* –ignis XN) LRXWKNDBVPZHQ; est insignius CSV²; eius insignius est D²; in eius insigniis O
[12] diei C²LSWKNDBPZOH; *om.* CRX
[13] *corr. from* mundo O
[14] hac CKDBZOH; hoc N
[15] et CKDBZOH; *om.* N

**37**[1]

*De superiori*[2] *epistola ad episcopos Affrice. Vnde supra et ne*[3] *episcopi nisi in maioribus ciuitatibus constituantur*[4]

Superest[5] fratres ut[6] concorditer salubres[7] suscipiatis hortatus, et nichil per contentionem agentes, sed ad omne studium deuotionis unanimes. diuinis et apostolicis constitutionibus pareatis et in nullo patiamini prouidentissima[8] canonum decreta uiolari. Que enim certarum remisimus consideratione causarum antiquis deinceps custodienda sunt regulis, ne quod ad tempus pia lenitate concessimus iusta post ultione plectamus, in eos specialius et propensius commouendi qui in episcopis ordinandis sanctorum patrum statuta neglexerint, et quos refutare debuerint consecrarint[9]. Vnde qui[10] episcopi[11] talem consecrauerint[12] sacerdotem qualem esse non liceat[13] etiam si[14] aliquo[15] modo dampnum proprii honoris euaserint, ordinationis tamen ius ulterius[16] non habebunt, nec unquam ei sacramento intererunt quod neglecto diuino iudicio immerito prestiterunt. Illud sane quod ad sacerdotalem pertinet dignitatem inter omnia uolumus canonum statuta seruari, ut non in quibuslibet locis neque quibuscumque castellis et ubi ante non fuerunt episcopi consecrentur. cum ubi[17] minores sunt plebes. minoresque conuentus presbiterorum cura sufficiat, episcopalia autem gubernacula non nisi in[18] maioribus populis et frequentioribus ciuitatibus oporteat presidere ne[19] quod sanctorum patrum diuinitus inspirata decreta uetuerunt uiculis et possessionibus uel obscuris et solitariis municipiis[20] tribuatur sacerdotale fastigium.

*JK 410; H 624.9-26, cf M 880; Prol. 140-1 to* ultione plectamus; *ID 5.106 to* debuerint consecrarint*, ID 5.107 to end, ID 5.143 (*Illud sane - *end, with extra phrase as BD 1.32)*

---

1 *om.*A
2 -iori CRKNBQ; -ora ZO
3 ne CKDBP; nec N
4 Unde - constituantur CKNDBP; *om.* ZOHQ
5 Superest CKNBZOQ; Que est H
6 *ss* C
7 -r- *ss* H
8 *corr. fr.* prouidissima Z
9 *corr. to* conseruauerint H
10 non liceat sacerdotem esse *add. and canc.* L
11 ep. qui *marked for reversal* D
12 consecrauerint CRXBPZOH; consecrarint KND
13 sac. qualem esse non lic. *om.* L *but* qualem non liceat esse sacerdotem *later added in mg. for insertion before* consecrauerint L[2]
14 in *add.* NB, *om.* C(*lacuna*)LRXSWKDVPZOH
15 *lacuna* C
16 ult- LSWKDBVPZOH; alt- CRXN
17 *corr. from* ibi C
18 in CXKNBV; *om.* ZOH
19 *ss* Z
20 muncipiis *preceded by* man- *cancelled* H

**38**[1]

*De penitentibus in necessitate positis mox reconciliandis*

Leo episcopus Theodoro episcopo Foroiuliensi. His qui in tempore necessitatis et in periculi urgentis instantia presidium penitentie et mox reconciliationis implorant [29vb] nec satisfactio interdicenda est, nec reconciliatio deneganda, quia misericordie Dei nec mensuras possumus ponere nec tempora definire[2], apud quem nullas patitur

---

1 *om.*A
2 def- CKNBZOQ; diff- H

uenire moras conuersio dicente Dei Spiritu per prophetam, Cum conuersus ingemueris tunc saluus eris.
*JK 485; H 625b.47 - 626a.2, M 888; ID 15.29a as BD 18.4; +C 26 q 6 c 10a as here*

## 39

*Quod loqui non ualentibus prodesse debeant testimonia fidelium*[1]

Quod si[2] ita aliqua egritudine aggrauati sunt[3], ut quod paulo ante poscebant sub presenti significare[4] non ualeant, testimonia eis fidelium circumstantium prodesse debebunt. Simul tamen[5] et penitentie et reconciliationis beneficium consequantur. seruata tamen regula canonum paternorum circa eorum personas qui in dominica fide discedendo peccauerunt.
*JK 485; H 626a.28-36, M 889; +C 26 q 6 c 10b*

---

[1] -ium CKNBZOHA; -ia G. Quod – fidelium *in mg.* ZOQ (*with no break in text* ZO)
[2] Quod si CKNBZOHQ; Si qui A
[3] aggrauati sunt CRXKNBV; fuerint aggrauati ZOHA
[4] -fi- *ss* C
[5] tamen *corr. to* que K

## 40

*Quod mane dominico continuato ieiunio Sabbati possit*[1] *fieri ordinatio c.i*[2]

Leo Dioscoro episcopo Alexandrino. Quod patribus nostris propensiore cura nouimus esse seruatum, a uobis quoque uolumus custodiri, ut non passim diebus omnibus sacerdotalis[3] uel leuitica ordinatio celebretur, sed[4] post diem Sabbati eiusque noctis que in prima sabbati lucescit exordio consecrandi eligantur in quibus his[5] qui consecrandi sunt ieiunis ac[6] ieiunantibus sacra benedictio conferatur. Quod eiusdem obseruantie erit si mane ipso dominico die continuato Sabbati ieiunio[7] celebretur, a quo tempore precedentis noctis inicio[8] non[9] recedunt. Quod ad diem resurrectionis sicut etiam in Pascha[10] Domini declaratur[11] pertinere non dubium est.
*JK 406; H 627a.39-53, M 779; ID 6.70; D 75 c 4*

---

[1] possit CKND(*after* fieri)BZOHQ; prosit A
[2] c.i CKNBZOH$^2$Q; *om.* DHA
[3] sacerdotalibus *corr. from* sacerdotalicabus A
[4] sed C$^2$LSKNDBVPZOHA; *om.* CRX
[5] his CKNBZOHQ; ii A
[6] ac LRXKNBPZOHA; a S; ? C
[7] -nio CRXKNB; -nium ZOHA
[8] inicio CRXSWV2; inicia LKNBVPOHA
[9] *ss* O
[10] in Pascha CKNBZOHQ; *om.* A
[11] declaratur CKDBZOHA; *om.* N

## 41

*Quid plus habeant episcopi quam corepiscopi*[1] *uel presbiteri cap. i*[2]

Leo Romane ecclesie et apostolice sedis episcopus uniuersis Germaniarum atque Galliarum regionum[3] episcopis. Quamuis cum[4] episcopis plurima illis ministeriorum communis sit dispensatio, quadam[5] tamen[6] auctoritate ueteris legis, quedam nouelle[7]

---

[1] corep- CRSKBVPZ; coep- NOHQA
[2] i *om.* A
[3] *ss* C
[4] cum CKNBZO$^2$HQ; *om.* O; co A
[5] quadam C?RSKNBVPZOHA; quedam K$^2$; quoniam (*subs. canc.*) D
[6] *corr. fr.* tam D
[7] nouelle LRSKNDBVPZOHA; nouellis CR$^2$SV$^2$

et ecclesiasticis regulis sibi prohibita nouerint sicut[8] presbiterorum et diaconorum ac uirginum consecratio. sicut constitutio [30ra] altaris ac benedictio uel unctio. Sic quidem[9] nec erigere eis[10] altaria et ecclesias uel altaria consecrare permittimus. nec per impositiones manuum fidelibus baptizandis uel cum syneresi[11] paraclytum[12] Spiritum[13] Sanctum[14] tradere, nec chrisma conficere, nec chrismate[15] baptizandorum frontes signare nec publice quidem in missa[16] quemquam penitentem reconciliare, nec formatas cuiuslibet[17] epistolas mittere. Hec enim omnia illicita sunt corepiscopis[18] qui ad exemplum et formam lxx discipulorum esse noscuntur. uel presbiteris qui eandem gestant figuram. Quoniam quamquam[19] consecrationem habeant pontificatus tamen apicem non habent. Que omnia solis debere[20] summis pontificibus[21] auctoritate canonum precipitur, ut per hoc et discretio graduum et dignitatis fastigium summi[22] pontificis[23] demonstretur[24], sed neque coram episcopo licere[25] presbiteris in baptisterium introire, nec presente antistite infantem tingere[26] aut[27] signare aut[28] penitentem sine preceptione episcopi sui[29] reconciliare, nec eo presente nisi illo iubente sacramentum corporis et sanguinis Christi conficere nec eo coram posito populum docere uel benedicere aut salutare. nec plebem utique exhortari.
*JK+551; H 628.24-41, M 881; ID 6.72; D 68 c 4 var. to* apicem non habent *only, where* Hec enim omnia – gestant figuram *was a later addn*

---

[8] et *add.* K
[9] Sic quidem LRSKNBPZHO; Si quidem CV[2]; Sic quod A
[10] eis CKNBZOHQ; *om.* A
[11] syneresi CR[2]B[2]OH; syrenesi L; sineresi RZ; sirenesi X; syrenensi S; unctione A. id est (cum *add.* DZOQ) unctione *ss* CRXSKNDVPOHQ, *in text* L, *in mg.* BZ.
[12] *corr. fr.* paclytum K, *after* Spiritum A
[13] Spiritum CLRXSXBVPOHQA; *om.* KND
[14] Sanctum CRXKNDBVPOHQ; *om.* A
[15] -te *ss* C
[16] in missa CKNBHQA; immissa Z; imissam O
[17] cuiuslibet LXSWNDBVPZOHA; cuilibet CK; cuslibet R
[18] corep- CRKNBPZ; coep- OHQA
[19] pontificatus *add. and canc.* A
[20] -ere CRXKNB; -eri ZOHA
[21] *corr. fr.* sacerdotibus V
[22] summi CKDBZOHA; summis N
[23] pontificis CKNBZOHQ; sacerdotis A
[24] *corr. from* -atur O
[25] licere *repeated* O
[26] tingere CKNBOH; tinguere ZQA
[27] aut (*canc.*) aut B
[28] aut CRXKNB; nec ZOHQA
[29] ep. sui CKNBOHA; sui ep. Z

## 42

*Quod non omnis confessio sit publice facienda c. ii*[1]

Leo uniuersis episcopis per Campaniam et Pycenum. Quamuis plenitudo fidei uideatur esse laudabilis, que propter Dei timorem apud omnes erubescere non ueretur. tamen quia non omnium huiusmodi sunt peccata ut ea que penitentiam poscunt non[2] timeant publicare, renouatur[3] tamen inprobabilis consuetudo, ne multi a penitentie remediis arceantur, dum aut erubescunt[4] aut metuunt inimicis suis[5] sua facta reserare[6]. quibus possint legum constitutione percelli. Sufficit enim illa confessio que primum

---

[1] ii CLRSKNBZOH[2]Q; *om.* XHA
[2] *ss* V
[3] renouatur LRXWKNBVPZOHA; remoueatur CSV[2]
[4] -n- *ss* O
[5] *ss* A
[6] a *add.* K

Deo offertur, tunc etiam sacerdoti qui pro delictis penitentium precator accedit[7]. Tunc enim plures ad penitentiam [30rb] poterunt[8] prouocari si populi auribus non publicetur conscientia confitentis.
*JK 545; H 630a.2 - b.6, M 864; cf ID 15.167b as BD 19.159; De pen. D 1 c 89*

[7] prec. (*corr. fr.* peccator B) acc. CNDBZOHA; acc. prec. K
[8] -erunt CKNBOA; -erint ZHQ

**43**[1]

*De baptismo*[2]

Leo uniuersis episcopis per Syciliam[3]. Proprie in morte crucifixi et in[4] resurrectione ex mortuis potentia baptismatis nouam creaturam condit ex uetere ut in renascentibus et mors Christi operetur et uita, dicente apostolo. An ignoratis quia quicunque baptizati sumus in Christo Iesu in morte ipsius baptizati sumus?[5] Consepulti[6] enim sumus cum illo per baptismum in morte ut quomodo surrexit[7] Christus a mortuis per gloriam Patris, ita et nos in nouitate uite ambulemus. Si enim conplantati facti[8] sumus similitudini mortis eius. simul et resurrectionis erimus. Et cetera que latius magister gentium ad commendandum sacramentum[9] baptismatis disputauit. ut appareret ex huius doctrine[10] spiritu regenerandis filiis hominum et in Dei filios adoptandis illum diem et illud tempus electum in quo per similitudinem formamque mysterii ea que geruntur in membris his[11] que in ipso sunt capite gesta[12] congruerent, dum in baptismatis regula et mors interuenit interfectione peccati et sepulturam triduanam imitatur trina dimersio et ab aquis[13] eleuatio resurgentis instar est de sepulchro. Ipsa igitur operis qualitas docet celebrande generaliter[14] gratie diem[15] legitimum[16] eum esse in quo orta est et uirtus muneris et species actionis. Ad cuius rei confirmationem plurimum ualet quod ipse Dominus Iesus Christus postea[17] quam resurrexit[18] a mortuis discipulis suis in quibus omnes ecclesiarum presules docebantur et formam et potestatem tradidit baptizandi dicens, Euntes docete[19] gentes baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. De quo utique eos etiam ante passionem potuisset instruere, nisi proprie uoluisset intelligi regenerationis gratiam ex sua resurrectione cepisse. Additur[20] sane huic obseruantie etiam[21] Pentecostes ex aduentu [30va] Sancti Spiritus[22] sacrata sollempnitas, que de Paschalis festi pendet articulo. Et[23] cum ad alios dies alia festa pertineant. hec semper ad eum diem qui resurrectione

[1] *om.* A
[2] De bapt. CRXKNVPZ; *om.* B (*for* ZOHQ *see below*)
[3] Leo uniuersis episcopis per Siciliam de baptismo (de bapt. ZHQ, episcopo O) *as rubric* ZOHQ
[4] in CKNBZOQ; *om.* H
[5] An ignoratis – sumus *in mg.* L[2]
[6] Consep- CKNBZOQ; Cum sep- H
[7] surrexit CKNBOHQ; resurrexit Z
[8] *ss* C
[9] -dum B
[10] *ss* C
[11] his CKNBHQ; iis ZO
[12] sunt capite gesta CKNBZH; gesta sunt capite O
[13] *corr. fr.* aliquis H
[14] *add. in margin.* C
[15] diem CKNVPZOH; diei B?
[16] *lacuna follows* B
[17] poat P
[18] resurr- LRSWBVPZOH; surr- CXKN
[19] *corr. fr.* dicite X; omnes *add.* ZOH, *om.* CRKNBP
[20] autem *add.* KND, *om.* CRXSBVPZOH
[21] etiam LRXSWKNDBVPZOH; et *ss* C
[22] Sancti Sp. CRKBPZOH; Sp. sancti ND
[23] enim *add. and canc.* Z

Domini est insignis occurrit. porrigens quodam modo auxiliantis gratie manum, et eos quos a die Pasche aut molestia infirmitatis aut longinquitas itineris[24] aut nauigationis difficultas interclusit[25] inuitans in[26] quibuslibet necessitatibus impediti desiderii sui effectum dono Sancti Spiritus[27] consequantur. ITEM[28]. Hoc autem nos non ex nostra persuasione defendere sed ex apostolica auctoritate seruare satis idoneo probamus exemplo, sequentes beatum[29] apostolum Petrum[30], qui in ipso die quo omnem credentium numerum promissus Sancti Spiritus repleuit aduentus trium milium populum sua predicatione conuersum lauachro baptismatis consecrauit. Quod sancta[31] scriptura que apostolorum actus[32] continet fideli hystoria docet dicens, His auditis[33], compuncti sunt corde et dixerunt ad Petrum et reliquos apostolos. Quid faciemus uiri fratres? Petrus autem ad illos, Penitentiam, inquit, agite, et baptizetur unusquisque uestrum in nomine Domini nostri Iesu Christi in remissionem peccatorum uestrorum et accipietis donum Sancti Spiritus[34].

*JK 414; H 612.b.23 - 613.a.9 to* consequantur*, 613a.25- 42 (*Item hoc - *end), M 872, 873; ID 1.45-46 divided as* OHQ*; De cons. D 4 c 13*

[24] *corr. fr.* iten- B
[25] -usit CRKNBV(*ss*)ZOQ; -udit H
[26] in CRKNBVP (*obscure mark of correction here in* K); *om.* D; ut D[2]ZOH
[27] Sancti Spiritus CRXKNBP; Spiritus Sancti H; Sancti ZOQ
[28] *Rubric* OHQ
[29] *om.* P
[30] ap. Petr. CRNDVPZOQ; Petr. ap. SKBH
[31] sancta CXSBVPZOH; sacra KND
[32] actus CKDBZOH; *om.* N
[33] auditis CKDBZOH; audistis N
[34] sancti Sp. CRKNVPZOH; Sp. sancti B

## 44

### *Item[1]. Non esse celebrandum baptisma in Epyphania[2]*

Si quis autem Epyphanie festiuitatem que in suo ordine debito honore ueneranda est ob hoc existimat priuilegium habere baptismatis, quia hoc quidam putant, quod in eadem die Dominus ad baptismum sancti Iohannis accesserit. Sciat illius baptismi aliam gratiam, aliam[3] fuisse rationem nec ad eandem pertinuisse uirtutem qua[4] per Spiritum Sanctum renascuntur de quibus dicitur. Qui non ex sanguinibus neque ex uoluntate[5] carnis. neque ex uoluntate[6] uiri. sed[7] ex Deo nati sunt. Dominus enim nullius indigens remissione peccati nec querens remedium renascendi sic uoluit bap [30vb] tizari quomodo et[8] uoluit circumcidi[9]. Hostiamque pro se emundationis offerri ut qui factus[10] erat[11] ex muliere sicut apostolus ait, Fieret[12] et sub lege quam non uenerat[13] soluere sed implere[14] et implendo finire, sicut apostolus predicat dicens, Finis autem legis Christus ad iusticiam omni credenti. Baptismi autem sui in se

[1] *after* Epyph. P
[2] bapt. in Ep. CKNBPOHA; bapt. in Ep. Domini LRXSV; in Ep. bapt. Z
[3] aliam CKNBZOHQ; *om.* A. *In* P *p 63 and c 44 ends here, and p 64 (the verso) begins with c 45; the rest of c 44 is in the middle of c 50 (p 65).*
[4] uirtutem qua CRKNVZOHQ; uirtutem quia B; ueritatem quia A
[5] uoluntate CRSBZOHA; uoluptate KND
[6] uoluntate CKNDBOHA; uoluptate Z
[7] *added by* H[2]
[8] et CNDBZOHA; *om.* K
[9] uol. circ. (*corr. fr.* -ile N) CKNBZOQA; circ. uol. H
[10] *corr. fr.* facturus R[2]
[11] erat CKNB; fuerat ZOHA
[12] Fieret CKNBZOHQ; Fiere A
[13] uenerat CRXKNBZ; nouant O; nouerat HQA
[14] implere CKNBOHA; adimplere Z

condidit sacramentum. quia in omnibus primatum tenens se docuit esse principium. Et tunc regenerationis potentiam sanxit. quando de latere ipsius profluxerunt[15] sanguis redemptionis et aqua baptismatis.
*JK 414; H 613.b.5-32, M 873-4; ID 1.47; IP 1.18; De cons. D 4 c 14*

[15] profluxerunt CKNBZOQ; prefluxerunt H; fluer' A

## 45

*Idem Ianuario episcopo Aquileiensi. De reuertentibus ab heresi*

Saluberrimum enim[1] et spiritualis medicine utilitate plenissimum est[2], ut siue presbiteri, siue dyaconi, siue subdyaconi[3] aut cuiuslibet ordinis[4] clerici qui se correctos[5] uideri uolunt atque ad catholicam fidem quam pridem amiserant rursum reuerti ambiunt prius errores suos et ipsos auctores erroris a se[6] dampnatos sine[7] ambiguitate fateantur et[8] sensibus prauis etiam peremptis nulla desperandi supersit occasio. nec ullum membrum talium possit societate[9] uiolari, cum per omnia illis professio propria ceperit obuiare. Circa quos etiam illam canonum constitutionem precipimus custodiri. ut in magno habeant[10] beneficio si adempta[11] sibi omni spe promotionis in quo inueniuntur ordine stabilitate[12] perpetua maneant[13] si tamen iterata unctione[14] non fuerint maculati.
*JK 416; H 615a.47-b.2, M 868; ID 6.97; +C 1 q 7 c 21*

[1] enim LRXSWBPZOHA; enim *and lacuna* C; est enim KND
[2] est CKDBZOHA; *om.* N
[3] siue subdyaconi CRXKDBVP; uel subdiaconi ZOHA; *om.* N
[4] *corr. fr.* -ines Z
[5] correctos CKNBZHA; correptos O
[6] a se CKNBZOHQ; esse A
[7] omni *add.* KND, *om.* CRXSBPZOHA
[8] *corr. to* ut K
[9] societate CKNBOHA; sociate Z
[10] habeant C²LR² SWDBVPZOHA; habent CRXKN
[11] adempta CKNBVZOA; adepta HQ
[12] -ate CRKDBPZOHA; -ati K²N
[13] perpetua maneant CRXSBPZOHA; permaneant KND
[14] unctione CLRXSWKDVP²; uel tinctione *ss* C; tinctione D²NBVZOH; tictione A

## 46

*Idem[1] Rustico episcopo Narbonensi. De stabilitate non mutandorum et discretione temperandorum[2]*

Sicut quedam sunt que nulla possunt ratione[3] conuelli. ita multa sunt que aut pro necessitate temporum aut pro consideratione etatum oporteat temperari, illa semper conditione[4] seruata ut in his que uel dubia fuerint aut obscura id nouerimus sequendum quod nec preceptis euangelicis contrarium nec decretis sanctorum patrum inueniatur aduersum.
*JK 544; H 616b.19-27, M 890; Prol. 126; D 14 c 2 as here, not as AL 2.76*

[1] Idem CKNBZHA; Item O
[2] De stab. - temp. *in mg. to c 47* G, *in mg to c 46* ZO
[3] ratione CKNBZOHQ; nomine A
[4] etatum - conditione *in mg.* B

**47**

*Idem[1]. De* [31ra] *legitimis[2] et non legitimis nuptiis[3]*

Non omnis mulier uiro iuncta uxor[4] est uiri, quia nec omnis filius heres est patris. Nuptiarum autem federa inter ingenuos sunt legitima et inter equales et multo prius hoc ipsum Domino constituente quam initium Romani iuris existeret. Itaque aliud est uxor. aliud concubina, sicut aliud[5] ancilla, aliud[6] libera. Propter quod etiam apostolus ad manifestandam harum personarum discretionem testimonium ponit ex Genesi, ubi dicitur Abrahe, Eice ancillam et filium eius. Non enim heres erit filius ancille cum filio meo Ysaac[7]. Vnde cum societas nuptiarum ita ab inicio constituta sit, ut preter sexuum coniunctionem que haberet[8] in se Christi et[9] ecclesie sacramentum. dubium non est eam mulierem non pertinere ad matrimonium in qua docetur nuptiale non fuisse ministerium[10]. Igitur cuiuslibet loci clericus, si filiam suam uiro habenti concubinam in matrimonium dederit[11], non ita accipiendum est[12] quasi eam coniugato dederit, nisi forte illa mulier et ingenua facta et dotata legitime et publicis nuptiis honestata uideatur. Paterno arbitrio uiris iuncte carent culpa si mulieres que a uiris[13] habebantur in matrimonio non fuerint[14], quia aliud est nupta. aliud concubina[15].

*JK 544; H 616b.67 - 617a.28 (c 4), M 891-2; ID 8.74 (pt only).8.139 (inscr. var. as BD 9.1); IP 6.23 as ID 8.74, 6.35 as ID 8.139; +C 32 q 2 c 12*

---

[1] Idem CLRXSWBVP; *om.* KN; Item ZOHA; D *has rubric:* Que sint legitima coniugia

[2] nuptiis *add.* HQA, *om.* CKXNBVZO

[3] nuptiis CRXKNBVZO[2]; nuptitiis O; *om.* HQA

[4] mulier (uxor *ss*) L

[5] *corr. fr.* alia Z

[6] *corr. fr.* alia Z

[7] meo Ys. *in mg.* L[2]

[8] haberet CKNBZOHQ; hereret A

[9] et C[2]LRXSWKNBVPZOH; *om.* C; et *with a mark of abbrev.* A

[10] ministerium RXWKNDBVPZO[2]HA; misterium CLSV[2]O

[11] nisi forte illa mulier *add. and canc.* N

[12] acc. est CRSBVPZOHA; est acc. KND

[13] que a uiris *ss* R

[14] fuerint CRSKNDV[2]; fuerunt BVPZO; fuer' A; sic erunt H

[15] N (*mg.*) Iuuenalis. Omne a'i uitium tanto [?] conspectius in se crimen habet quanto maior qui peccat habetur. V' qui maior est in ordine maior sit in crimine et quanto altior gradus tanto grauior casus; *at foot of leaf in small hand* O *adds* Ag. Non habent nuptie in se Christi et ecclesie sacramentum si eas non subsequatur commixtio sexuum. Nec pertinere poterit illa mulier ad matrimonium cum qua docetur non fuisse commixtio sexuum.

**48**

*Idem Anastasio episcopo Thessalonicensi. De castitate ministrorum*

Sacerdotum enim tam[1] excellens est electio ut hec[2] que in aliis membris ecclesie non uocantur ad culpam in illis tamen habeantur illicita. Nam cum[3] extra clericorum ordinem constitutis nuptiarum societati et procreationi filiorum studere sit liberum. ad exhibendam[4] tamen perfecte continentie puritatem[5] nec subdyaconibus quidem carnale conubium conceditur. ut et[6] qui habent sint tanquam non habentes. et qui[7] non habent permaneant singulares. Quod si in hoc ordine qui quartus est[8] a capite dignum est custodiri. quantomagis in primo [31rb] uel secundo tercioue seruandum est, ne aut

---

[1] tam CKNBZHQ; eam A; ta O

[2] *ss after* que Z

[3] cum CKDBZOHA; *om.* N

[4] -am CKNBZHA; -um O

[5] -u- *ss* C

[6] et CKDBZOHA; *om.* N

[7] habent - et qui *om.* A

[8] est CKNBOHA; *om.* Z

leuitico aut presbyterali honore. aut episcopali excellentia quisquam idoneus estimetur. qui[9] se a uoluptate luxurie necdum[10] refrenasse detegitur[11].

*JK 411; H 619b.3-21, M 858; ID 6.98 (cf ID 6.221 as BD 2.148); IP 3.100 (*Ad exhibendam tamen – singulares *only); D 32 c 1*

[9] a *add.* A
[10] *Z microfilm omits fos 51v-2 from here, and resumes at 52v in 1.45.1 below.*
[11] detegitur CKNBZOHQ; detetigitur A

## 49

*Idem uniuersis episcopis per Affricam. De uirginibus incorruptis*

De his autem que in sacro uirginitatis proposito constitute barbaricam pertulere uiolentiam et integritatem pudoris non animo sed corpore perdiderunt. ea nobis uidetur seruanda moderatio ut neque in uiduarum deiciantur gradum, neque in sacrarum et[1] perseuerantium uirginum numero censeantur. Quibus si in omnibus uirginalibus perseuerant. et castimonie soliditatem mente custodiunt, sacramentorum non est neganda communio. Quia iniustum est illas in eo uel argui uel notari quod non uoluntas admisit sed uis hostilis eripuit.

*JK 410; H 624.33-39, om. M; ID 7.87 (insc. variant as BD 8.69)*

[1] et CKNBOHQ; *om.* A

## 50

*Idem Leoni[1] Rauennensi episcopo[2]. De his qui utrum baptizati[3] sint nescitur*

Cum itaque baptismi sui nichil recordetur qui regenerationis est cupidus. nec alter attestari[4] de eo[5] possit qui sciat consecratum[6]. nec ille qui consecratur. scimus quidem inexpiabile[7] esse facinus. quotiens iuxta hereticorum dogma contra sanctorum patrum instituta cogitur aliquis lauachrum quod regenerandis semel tributum est bis subire. apostolica reclamante sententia. que nobis unam predicat in Trinitate deitatem, unam in fide confessionem, unum in baptismate sacramentum. Sed in hoc nichil[8] simile formidatur, quoniam non potest in iterationis crimen uenire quod factum esse omnino nescitur. Atque ideo quotiens persona talis inciderit[9], solita primum examinatione discutite. et longo tempore nisi forte supremus finis immineat indagate. utrum nemo penitus sit qui testimonio suo iuuare possit ignorantiam nescientis. et cum constiterit[10] hunc qui baptismatis indiget sacramento sola inaniter suspicione prohiberi[11], accedat [31va] intrepidus ad consequendam gratiam. cuius in se nullum scit esse uestigium. Nec uereamur[12] huic ianuam salutis aperire[13] quam nunquam ante docetur ingressus.

*JK 543; H 626b.26-55, M 876; ID 1.48; De cons. D 4 c 112*

[1] Leoni CRXSKBVPNOQA; *om.* W; Leonis H
[2] Rau. (Rauanensi O) ep. LRXKNBVPOHA; ep. Rau. C; Rauannensi S; ep. Leo Nirauensiensi W
[3] utrum bapt. CKDBOHA; bapt. utrum N
[4] att- CKNDBHA; ast- O
[5] de eo CD(*before* att.)KBOHA; *om.* N
[6] P *adds here:* fuisse rationem – aqua baptismatis (*from c 44, qv)*
[7] inexpiabile CKNBOH; inexpiabilem Q; inexpugnabile A
[8] nichil CKNBOQA; *om.* H
[9] inciderit LRXSWKNBVPOHA; incederit C
[10] con- *ss* K
[11] prohiberi CKDBOHA; inhiberi N
[12] uereamur CLWNBVPOHA; uereantur RXSKD
[13] *corr. fr.* accipere C

## 51

*Idem Dyoscoro Alexandrino episcopo. Plusquam unam[1] missam faciendam esse[2] in die*

Necesse est autem ut quedam populi pars sua deuotione priuetur si unius tantum misse more seruato[3] sacrificium offere non possunt nisi prima diei parte conuenerint. Studiose[4] ergo fraternitatem tuam familiariter admonemus, ut quod nostre consuetudini ex forma paterne traditionis insedit. tua quoque cura[5] non negligat, ut per omnia nobis fide et actibus congruamur[6]. Propter quod remeante filio nostro Possidonio presbitero hanc ad dilectionem tuam epistolam dedimus perferendam, qui nostris processionibus atque[7] actionibus frequenter interfuit, et totiens ad nos missus quid in omnibus apostolice sedis auctoritas teneret[8] agnouit.[9]

*JK 406; H 627b.46-62, M 780; ID 2.87; De cons. D 1 c 51*

## A 1. XLIV HYLARIVS

### 1

*[10]Vt ea que illicite episcopus[11] uel decessor eius ordinauit ab eo qui superest emendentur*[12]

Hylarius episcopus ecclesie[13] catholice[14] urbis Rome synodo presidens dixit. Quod quis commisit[15] illicite, aut[16] a[17] decessoribus suis inuenit admissum, si proprium periculum uult uitare dampnabit. Nos enim in nullo uolumus[18] seueritatem ultionis exercere. Sed qui in causis Dei uel contumacia uel in aliquo excessu deliquerit aut ipse quod perperam facit abolere noluerit ipse quicquid in alio non resecauerit inueniet. Quod ut deinceps possit tenacius custodiri, si placet omnes sententias et subscriptiones proprias[19] commodate, ut[20] synodali iudicio[21] aditus claudatur illicitus.[22]

*JK i.76; H 630b.12-23 (c 4a), M 923; C 35 q 9 c 3, of which the end from* uitare dampnabit *is a later addn*

---

[1] *ss* $R^2$
[2] esse CRXKDVOA; *om.* NBP; H *obsc.*
[3] more seru. CRKNDVPOHA; seru. more B
[4] -e *ss* C
[5] cura CKNBVHA; *om.* O
[6] -amur LRXSWK?NBVPOHA; -amus CD
[7] atque CKNVPOHA; et B
[8] auct. teneret (-t *ss* C) CRXWBVPOHA; ten. auct. KND
[9] Explicit *add.* LRXS
[10] Hilarius *add.* LRXW; Hylarius papa *add.* S
[11] *ss* O
[12] -entur CLRWKBVPOQA -etur XNDO[2]
[13] ep. eccl. CWNDBOHA; eccl. ep. K
[14] ca *add. and canc.* N
[15] quis comm. CLRXSBVPOHQ; quid comm. W; comm. quis KND; commisit A
[16] aut CKNBOHQ; *om.* A
[17] a CKDBOHA; *om.* N
[18] uol- CKNBOHQ; nol- A
[19] *ss* $V^2$
[20] in *add. ss* K
[21] iudicio CRXKNBV; concilio OHQA
[22] Explicit *add.* S

## A 1. XLV SIMPLICIVS

### 1

*Simplicius papa[1]. Vt nullus episcopus sibi eligat successorem cap. v*

Preterea fratres noua et inaudita sicut ad nos missis de Hyspaniis epistolis sub certa relatione peruenit, in quibusdam locis peruersitatum semina subinde nascuntur. Denique non nulli episcopatum qui non nisi [31vb] meritis precedentibus datur non diuinum munus sed hereditarium putantes esse compendium et credunt sicut res caducas atque mortales ita sacerdotium uelut[2] legatorio aut[3] testamentorio[4] iure posse dimitti. Nam plerique sacerdotes in mortis confinio constituti locum suum feruntur aliis designatis nominibus subrogare. Scilicet ut non legitima expectetur electio. sed defuncti gratificatio pro populi[5] habeatur assensu[6], quod quam[7] graue sit[8] existimatis. Atque ideo si placet[9] hanc [10]licentiam generaliter[11] ecclesiis auferamus.

*Recte Hilarius; JK i.76; H 630b.36-54, M 923-4; ID 5.104 as* Hilarius

[1] Simplicius papa CLRXSWVP; Simplicius KNDB; *om. without indication of attribution* OHQA
[2] uelut CKNBOQA; uel H
[3] aut CKNBOQ; uel H; *om.* A
[4] -orio CKNBQ-; -ario OHA
[5] pro populi CRXSOHQ²; populi LWKNDBVP; propuli QA
[6] *corr. from* consensu O
[7] quam CLSWK²D²BVPOHA*; cum RXKND
[8] sit CKDBOHA; *om.* N
[9] si placet *add. ss* V², etiam *add.* OHQA*, *om.* CRXKNB
[10] Z *microfilm resumes*
[11] omnibus *add.* S, *om.* CRXKNMBPZOHA

**2**

*Simplicius papa Iohanni Rauennati[1]*

Si quid esses intuitus[2] ecclesiastice discipline uel siquid apud te sacerdotalis modestie teneretur, non plectibiles perpetrarentur excessus. A quibus si nullo te paternarum regularum poteras continere precepto, saltem sancte[3] memorie predecessoris tui fueras reuocandus exemplo. Qui cum faciendo presbiterum minus deliquisset inuitum, senserat tamen dignum pro tali usurpatione iudicium. Vbi ista didicisti que in fratrem et coepiscopum nostrum Gregorium non electione sed inuidia perpetrasti quem inexcusabili uiolentia protrahi ad te passus es atque uexari[4], ut ei honorem[5] tantum non per animi[6] tranquillitatem sed per amentiam sicut dicendum irrogares. Neque enim talia potuissent fieri sanitate consilii. Nolumus exaggerare quod gestum est, ne cogamur iudicare quod dignum est. Nam priuilegium meretur amittere[7] qui permissa sibi abutitur potestate. ITEM IPSE[8]. Denunciamus autem quod si post hac quicquam presumpseris, et aliquem seu episcopum seu presbiterum seu dyaconum inuitum facere[9] forte[10] credideris, ordinationes tibi Rauennatis[11] ecclesie uel Emiliensis noueris auferendas[12].

*JK 583; M 931; ID 5.140 to* abutatur potestate *as BD 1.29; D 74 c 7 (*Vbi ista - *end), C 25 q 2 c 23 (*Denunciamus - *end)*

[1] *mg.* C; -n- *ss* R
[2] *corr. fr.* inuitus Z
[3] sancte CKNBZHQA; *om.* O
[4] *corr. to* -are K
[5] -orem CKNBZHQA; -ore O
[6] per animi CLRWK²D²BZOHQA; paramini KN; perarimini D
[7] amittere CKNBZHQA; admittere O
[8] ipse *ss* V; *rubric to new section in* HQO; QA *add.* Ex decretis Gelasii pape, A *continues* de autenticis et apocrifis scripturis
[9] inu. facere CLRWKNVZ²; facere inu. B; inuitum P; inuitum faceret ZOHQA
[10] *om.* P
[11] -n- *ss* C; -ena- R
[12] Explicit *add.* RXSW; C *has an illeg. marg. add., beginning with* N (*at least 5 words*)

## A 1. XLVI GELASIVS[1]

[2]i. Que scripture sint autentice et que apocriphe
ii. Quod non possit uenia dari in errore duranti [32ra]
iii. Non esse iterum disputandum contra heresim ante dampnatam
[3]iiii. De institutis ecclesiasticis pro temporum qualitate moderandis
v. Vbi nulla urget necessitas instituta patrum non esse uiolanda
vi. Vt cum defuerint cleri, de monachis eligantur
vii. Vt nulla precia de baptizandis et consignandis fidelibus exigantur[4]
viii. Non debere fieri baptisma preter Pascha et Pentecosten nisi necessitas cogat
viiii. Ordinationes non esse faciendas nisi in ieiunio quatuor temporum
x. Ne illiteratus uel membro imminutus ad clerum promoueatur
xi. De tricennali possessione
xii. De promotione monachorum nouiter conuersorum uel laicorum
xiii. Ne dyaconi baptizent sine episcopo uel presbitero
xiiii. De tempore consecrandarum uirginum
xv. De non uelandis uiduis ab episcopo
xvi. De non recipiendis seruis ad clerum
xvii. Non esse commitenda mysteria uexatis demone uel passione
xviii. De uirginibus propositum uiolantibus
xviiii. De diuidendis redditibus ecclesie
xx. In potestate episcopi facultates ecclesie esse[5] debere
xxi. De his qui intra anni spacium causam suam coram excommunicatoribus suis[6] non peregerint.et si obstinato animo sine communione defuncti fuerint
xxii. De his qui proficere noluerint
xxiii. Item de tricennali possessione
xxiiii. Ne quis[7] de re in ligitio posita sinatur exigere pensiones donec iuridico examine diffiniatur
xxv. De statu parrochiarum qui perpetue etatis firmitate durauit non mutando
xxvi. De his qui alieno iuri debiti absque dominorum suorum licentia[8] clerici fiunt uel etiam ordinantur
xxvii. De eodem
xxviii. Item de eodem
xxviiii. Vt si de spaciis de quibus memoratur orta contentio diffinitio certa processit, intemerata seruetur. Si autem nichil constiterit terminatum pars que fidit prebeat sacramentum
xxx. De his qui ad presbiterium uenire detrectant

---

[1] Incipiunt capitula Gelasii pape S
[2] *capitulatio om*. ZOHQA; *in* CLRXSWKNDMBVP
[3] *cc. 4-5 reversed* B
[4] *corr. fr.* elig- B
[5] non *add.* N, *om.* CKDB
[6] *ss* C
[7] Ne quis CLRD²BP; Qui KN; *om.* D
[8] dom. suorum lic. CRWKDBP; lic. dom. suorum N

xxxi. De eo quod sicut ad sacerdocium ecclesiastica [32rb] disciplina debiles corpore non patitur uenire ita et si quis in eo actu fuerit constitutus ac[9] fuerit sauciatus amittere non potest quod sanus accepit
xxxii. De uiduarum causis ab episcopis[10] impensius exequendis
xxxiii. De baptizandis et de his que in die dedicationis offeruntur
xxxiiii. De seruis ad ecclesiam fugientibus[11]
xxxv. Quod iura ecclesiarum non sint turbanda ac priuilegia que metropolitanis uel prouincialibus episcopis decreuit antiquitas non esse frangenda
xxxvi. Quod decessorum statuta si iusta sint seruanda sunt, si iniusta corrigenda
xxxvii. Quod nichil perit in ecclesiasticis utilitatibus si aliena reddantur
xxxviii. De legibus principum que in negociis hominum custodiuntur, circa reuerentiam beati Petri multo magis custodiendis
xxxviiii. De sacramento integre percipiendo[12]
xl. De desolatis auxilio proprie defensionis et de his qui pro infirmitate etatis suis[13] actibus prodesse non possunt
xli. De libertate clericis dominorum benignitate concessa per oppressionem heredum non auferenda
xlii. De his qui clericos per uiolentiam[14] opprimunt
xliii. De episcopo quem clerici sui graui necessitate uexari dicebant
xliiii. Quod subueniendum sit a Romano pontifice his qui eius remedia sperant in suis negociis
xlv. Quod iusta dispensatione sit seruandum testatoris arbitrium
xlvi. De quodam qui ad basylicam confugerat[15]
xlvii. Quod communione sint priuandi qui humanis legibus calcatis et religione abiecta ecclesiastica priuilegia calcare contendunt
xlviii. Quod non sit eundum contra pontificalia constituta[16]
xlviiii. Quod irreligiosum[17] sit et execrabile si quisquam in sua tuitione susceptos fideliter et sancte non educauerit
l. Vt quilibet nisi pura conscientia ad sacrosanctam religionem non audeat peruenire
li. Vt qui ecclesias uiolasse perhibentur accessu earum indigni iudicentur
lii. De his qui ad ecclesiam confugerint[18] non absque sacerdotis licentia retrahendis
liii. Quod pia solicitudo[19] episcopi commodis egentium non sit neganda [32va]
liiii. De quodam seruo ecclesie qui ausu temerario molitus fuit condere paginam testamenti
lv. De culpa non iterum punienda
lvi. De rebus ecclesie in quattuor partes diuidendis

---

[9] ac CLRWKNDVP; aut B
[10] -opis CKDBP; -opo N
[11] fug- CKDMB; confug- N
[12] percipiendo LSWKNDBVP; custodiendo (uel (*om.* R) percipiendo *ss* CR) CR$^2$X; custodienda R
[13] suis CL$^2$RXSWBVP; sue is L; sue KNDM
[14] cler. per uiol. LRXSWKNDBVP(*corr. fr.* viontiam); per uiol. cler. C
[15] -erat LRXSWKNDBVP; -erit C
[16] constituta CLRXSWP; instituta KNDMBV
[17] ir- *ss* C
[18] -erint CRXSWKBP; -erunt NDM
[19] -do *ss* C

lvii. De prediis[20] ab ecclesia[21] alienatis ecclesie restituendis
lviii. De quodam seruo qui ad ecclesiam confugerat

[20] prediis CLSWKNDBV; presidiis RX
[21] -c- *ss* C

**1**

*Ex decretis[1] Gelasii pape. Que scripture sint autentice et que apocriphe[2]*

Post propheticas atque euangelicas et apostolicas[3] scripturas quibus[4] ecclesia catholica[5] per gratiam Dei fundata est. etiam illud intimandum putauimus quod quamuis uniuerse per orbem catholice ecclesie unus thalamus Christi sit[6]. sancta tamen Romana catholica[7] et apostolica[8] ecclesia nullis synodicis[9] constitutis ceteris ecclesiis[10] prelata est. sed euangelica uoce Domini et Saluatoris nostri[11] primatum obtinuit, Tu es Petrus, et super hanc petram edificabo ecclesiam meam et cetera. Cui data est etiam[12] societas beatissimi Pauli apostoli[13] uasis[14] electionis. qui non diuerso sicut heretici[15] garriunt sed uno tempore, uno eodemque die gloriosa morte cum Petro[16] in urbe Roma sub Cesare Nerone agonizans coronatus est. Quamuis[17] aliud fundamentum nemo possit ponere preter id quod positum est. quod est[18] Christus Ihesus. tamen[19] edificationem[20] eadem sancta Romana ecclesia post illas ueteris uel noui testamenti quas[21] regulariter suscepimus etiam suscipi non prohibet scripturas, id est sanctam synodum Nycenam cccxviii patrum mediante Maximo Constantino augusto[22], sanctam synodum Ephesinam in qua Nestorius dampnatus est, consensu beatissimi[23] Celestini pape, mediante Cyrino[24] Alexandrine sedis antistite et Archadio ab Italia destinato, sanctam synodum Calcedonensem mediante Martiano augusto et Anatholio Constantinopolitano episcopo, in qua Nestoriana et Eutichiana heresis

[1] Decretis CNDBZOHA; Decerptis K
[2] Que - apocr. CKNBVP; De autenticis (autencinis O) et apocrifis (-isis OQ) scripturis *in mg.* ZOH (H *before* Ex - pape *above*), *in text* Q, *with* Ex - Gel. *following*; *whole inscr. and rubric before 1.45.2* A
[3] atque eu. et ap. CKNBP; et eu. atque ap. ZOA; et ap. atque eu. HQ
[4] quibus CX[2]KNBZHA; *om.* O
[5] quibus cath. eccl. *in mg.* X[2]
[6] sit LRXSWKNBVPZHOA; sint C
[7] *add.* Q (*mg.*), *om.* A
[8] cath. et apost. *ss* C
[9] -icis CRKNBPO[2]; -ocis ZHQA; -is O
[10] cet. eccl. CKNBZOA; ecc. cet. HQ
[11] te *add.* A
[12] etiam CKNBZHQA; *om.* O
[13] *ss* SHQO
[14] *corr. fr.* uas H
[15] heret- CKNBOHA; herit- Z
[16] petus A
[17] -uis *ss* C
[18] est C[2]LXSWKNBPZOHA; *om.* CR
[19] tamen CRNDBZOHQ; tamen ad K; cum A
[20] -ionem CKNBZO[2]HQ; -ionis O?; -ione A
[21] post illas ueteris - quas *in mg.* V
[22] augusto CLRS(*before* Const.)XKNZOHA; augustino W. Nicenam cccxviii - augusto *in small cramped script over an erasure* C; CL(*mg.*) *add*: in qua Arrius hereticus condempnatus est. Sanctam synodum Constantinopolitanam mediante Theodosio (Thod- L) seniore augusto in qua Machedonius hereticus (*om.* L) debitam condempnationem excepit *(cf Gratian), om*. RXWKNBPZGOHQA
[23] beatissimi CKDBZOHA; *om.* N
[24] Cyrino CRXKNBP; Cyrillo ZOHA

[32vb] simul cum Dyoscoro[25] eiusque complicibus dampnate sunt. Item opuscula[26] Cecilii,[27] Cypriani martyris et Carthaginiensis episcopi[28]. Item opuscula beati Gregorii Nazannensis[29] episcopi. Item opuscula beati Basilii[30] Capadocii episcopi[31]. Item opuscula beati Athanasii[32] Alexandrini episcopi. [33]Item opuscula beati Iohannis Constantinopolitani episcopi. Item opuscula beati Theophyli[34] Alexandrini episcopi. Item opuscula beati[35] Hylarii Pictauiensis[36] episcopi. Item opuscula beati Ambrosii Mediolanensis episcopi. Item opuscula beati Augustini Ypone Regiensis episcopi. Item opuscula beati[37] Ieronimi presbiteri. Item opuscula beati Prosperi uiri religiosissimi. Item epistola beati Leonis pape ad Flauianum Constantinopolitanum episcopum[38] destinata[39] cuius[40] textus[41] quispiam si usque[42] ad unum iota disputauerit[43] et non eam in omnibus uenerabiliter receperit[44], anathema sit. Item opuscula atque tractatus omnium patrum orthodoxorum[45] qui in nullo a sancte Romane ecclesie[46] consortio deuiarunt. nec ab eius[47] fide uel predicatione seiuncti sunt, sed ipsius communionis per[48] gratiam Dei usque in ultimum diem uite sue fuere participes legendos decernimus[49]. Item decretales epistolas quas beatissimi pape diuersis temporibus ab urbe Roma pro diuersorum patrum consolatione[50] dederunt uenerabiliter suscipiendas. Item gesta sanctorum martyrum que[51] multiplicibus tormentorum[52] cruciatibus et[53] mirabilium confessionum triumphis irradiantur[54]. Quis ista catholicorum dubitet et maiora eos in agonibus fuisse perpessos. nec suis uiribus sed Dei gratia et adiutorio uniuersa tolerasse. Sed ideo secundum[55] antiquam consuetudinem singulari cautela in sancta Romana ecclesia non leguntur. quia et[56]

---

[25] *corr. fr.* Diss- H
[26] beati *add.* ZOGHA, *om.* CRXKNB
[27] -ci- *ss* C
[28] -opi CKNBZOQA; -opis H
[29] *corr. fr.* Nanz- A
[30] Blasii P
[31] Cap. ep. CRBZHOA; ep. Cap. KNDP
[32] -na- *ss* C; -asis R; -h- ss H
[33] *In mg. from here to:* Theoph. Alex. ep. M
[34] -o- *ss* A
[35] beati LRXWKNDBPZHGOA; sancti CS
[36] -iensis LRX(*corr. fr.* Pect-)SWKNPH; -ensis CBZOA
[37] *ss* C
[38] ep. Const. X
[39] -ata CRXKNBPH; -atam ZOQA
[40] *ss* H
[41] textus CBPZHOA; *om.* RXKND; textum R²S
[42] si usque CNBPZHOA; suisque KD
[43] *corr. to* refutauerit K
[44] receperit CKNBZOHQ; recesserit A
[45] -ox- *ss* K; -doxorum *in mg.* M
[46] Rom. ecc. CRXKDBPQ; ecc. Rom. ZH; Rom. NOA
[47] ab eius] *corr. fr.* Abius X
[48] *ss* K
[49] leg. dec. CKDBZOHA; dec. leg. N
[50] *corr. fr.* consuetudine L²
[51] que LRXSWBPZHA; que a C; que pro KND; qui O
[52] tormentorum CKNBZOHQ; cementorum A
[53] et CNDBZOHA; *om.* K
[54] -r- *ss* C
[55] *corr. from* Christus K
[56] et CLRKD²BPZOHA; *om.* ND

eorum[57] qui scripsere nomina penitus ignorantur, et ab infidelibus aut[58] dictis superflua aut minus apta[59] quam rei ordo fuerit esse putantur, sicut cuiusdam [33ra] Cyrici et Iulite, sicut Georgii[60] aliorumque huiusmodi passiones que ab hereticis perhibentur conscripte[61]. Propter quod[62] ut[63] dictum est ne uel leuis subsannandi oriretur[64] occasio. in sancta Romana ecclesia non leguntur[65]. Nos tamen cum predicta ecclesia omnes martyres et eorum gloriosos agones qui Deo magis quam hominibus noti[66] sunt. omni deuotione ueneramur[67]. Item uitas patrum Pauli, Antonii, Hylarionis et omnium heremitarum quas tamen uir[68] beatissimus descripsit Ieronimus. Item actus beati Siluestri apostolice sedis presulis licet eius qui conscripsit[69] nomen ignoretur, a multis tamen[70] in urbe Roma catholicis legi[71] cognouimus et pro antiquo usu multe hec imitantur ecclesie. Item scripturam de inuentione dominice crucis et aliam scripturam de inuentione capitis sancti Iohannis[72]. Nouelle quidem relationis sunt et nonnulli eas catholici legunt. Sed cum hec ad catholicorum[73] manus aduenerint[74], beati Pauli apostoli[75] precedat sententia, Omnia probate. quod bonum est tenete. Iterum Rufinus[76] uir religiosissimus plurimos ecclesiastici operis[77] edidit libros, nonnullas etiam scripturas interpretatus est. Sed quoniam beatissimus Ieronimus[78] in aliquibus eum de arbitrii uoluntate[79] notauit illa sentimus quam predictum beatum[80] Ieronimum sentire cognoscimus. Et non solum de Rufino sed etiam de uniuersis quos uir sepius memoratus zelo Dei et fidei religione reprehendit. Item Origenis nonnulla opuscula que uir beatissimus Ieronimus non repudiat legenda suscipimus. Reliqua uero[81] omnia cum auctore suo dicimus esse renuenda. Item chronica[82] Eusebii Cesariensis atque eiusdem ecclesiastice hystorie[83] libros, quamuis in primo[84] narrationis sue libro[85] tepuerit, et post in laudibus atque excusatione Origenis scismatici unum conscripserit librum propter rerum tamen singularem noticiam que ad

---

[57] *ss* C
[58] aut CRKNPZOHA; uel B
[59] *corr. to* aperta H
[60] Georgii CRXS$^3$KNBZOH; Gregorii R$^2$S; Georgi A
[61] conscripte CKNBZOHQ; scripte A
[62] quod CKNBZOH; que A
[63] *in mg.* M
[64] subs. or. CKNBZHA; or. subs. O
[65] eccl. non leg. CKDBZOHA; non leg. eccl. N
[66] noti CKNBZOHQ; nati A
[67] -amur CKNBZOHQ; -antur A
[68] uir CKNBZHA; *om.* O
[69] conscripsit CKNBZO; scripsit HQA
[70] tamen CKNBZOQ$^2$A; enim HQ
[71] *corr. fr.* legis H
[72] sancti Iohannis CXKNBP; Iohannis baptiste ZOHA
[73] coth- X
[74] peruenerint R$^2$S
[75] *ss* O
[76] Rufunus A
[77] operis CKDBZOHA; ordinis NG
[78] -r- *ss* H
[79] uoluntate LRXWKNDP; libertate R$^2$SBZGOHA; ? C
[80] beatum CKNBZHA; *om.* O
[81] uero CXKNB; autem ZGOHA
[82] -icia N; -ni- *ss* A
[83] eccl. hist. CXKNBP; hist. eccl. ZOHA
[84] primo CLRXWBPZOHA; primum KND
[85] libro CLRWBPZOHA; librum KND

[33rb] instructionem[86] pertinet usquequaque non dicimus renuendos. Item Orosium uirum eruditissimum[87] collaudamus quia ualde necessariam aduersus paganorum calumpnias[88] ordinauit hystoriam[89] miraque breuitate contexuit. Item uenerabilis uiri Sedulii Paschale[90] opus quod heroicis descripsit uersibus[91] insigni laude preferimus. Item Iuuenci nichilominus laboriosum opus non spernimus sed miramur. Cetera que ab hereticis siue scismaticis conscripta uel predicta sunt nullatenus recipit catholica et apostolica Romana ecclesia. E quibus pauca que ad memoriam uenerunt et catholicis uitanda sunt credimus[92] subdenda[93].

Ariminensem sinodum a Constantino cesare[94] Constantini[95] augusti filio congregatam[96], mediante Tauro[97] prefecto ex tunc et nunc et[98] usque in eternum confitemur esse dampnatam. Itinerarium nomine Petri apostoli quod appellatur sancti Clementis libri decem apochriphum. Actus nomine Thome apostoli apochriphi, Actus nomine Petri apostoli apochriphi[99], Actus nomine Philippi apostoli apochriphi, Actus nomine Andree apostoli apochriphi, Euangelium nomine Mathie apochriphum, Euangelium nomine Petri apostoli apochriphum[100], Euangelium nomine Iacobi minoris apochriphum, Euangelium[101] nomine Barnabe[102] apochriphum, Euangelia[103] nomine Thome[104] quibus[105] Manichei utuntur apochripha[106]. Euangelia[107] nomine[108] Bartholomei apostoli apochripha, Euangelia que falsauit Lucianus apochripha, Euangelia que falsauit Isicius apochripha. Liber de infantia Saluatoris et de Maria uel obstetrice[109] apochriphus, Liber qui appellatur Pastoris apochriphus. Libri omnes quos fecit Leucius[110] discipulus diaboli apochriphi. Liber qui appellatur Fundamentum apochriphus, Liber qui appellatur Thesaurus apochriphus, Liber de filiabus Ade lecto Geneseos apochriphus, Liber qui appellatur[111] Actus Tecle et Pauli apostoli apocrifus, Liber qui appellatur Nepotis apocrifus[112], Liber prouerbiorum qui ab [33va] hereticis conscriptus[113] et Sancti Syxti nomine prenotatus est[114] apochriphus. Reuelatio que

---

86 -ionem CKNBOHA; -inem Z
87 erundent- A
88 *in mg.* M
89 historiam CKNBZHA; uictoriam O
90 Paschale CKNBZO; Pasche HQA?
91 uersibus CKNBZOHQ; usibus A
92 credimus CKNBZOA; credidimus H
93 uit. - subd.] credimus uitanda subdenda sunt Q
94 *repeated G*
95 *corr. to* -antio Z
96 congregreg- A
97 Tanro B
98 et CND$^2$BPZOHA; *om.* KD
99 Actus nomine Petri ap. apoc. *before* Actus nomine Andree *below* A
100 Eu. nomine Thome - utuntur apoc. *here* HQ
101 *corr. fr.* -elia R
102 apoc. CBZOA; apostoli apoc. KNH; apostoli P.
103 -elia CRKNB; -ium ZHA; O *uncertain*
104 apostoli *add.* S$^2$H, *om.* CLXKNBZOA
105 *corr. from* qui O
106 *after* Thome GQ; *see above for* HQ
107 -lia CKNBZ; -lium HQA; Eu' O
108 nomine CRKNBZO; *om.* HQA
109 abstet- A
110 *corr. from* Leuticius G
111 -atur C?KBPZOHA; -atus est N; appell' D
112 Liber qui app. Nep. ap. *in mg.* V$^1$
113 conscriptus CLRWBPZHQ; conscriptus est KNDO; scriptus A

appellatur Pauli apostoli apochripha[115], Reuelatio que appellatur Thome apochripha, Reuelatio que appellatur Stephani apochripha, Liber qui appellatur Transitus sancte Marie apochriphus, Liber qui appellatur Penitentia Ade apochriphus, Liber de Vegia nomine gigante apochriphus[116] qui cum dracone post diluuium ab hereticis pugnasse perhibetur[117], Liber qui appellatur Testamentum Iob apochriphus, Liber qui appellatur Penitentia Origenis apochriphus, Liber qui appellatur Sancti Cypriani[118] apochriphus. Liber qui appellatur Iamne Penitentia[119] et Manbre apochriphus, Liber qui appellatur Physiologus laus apostolorum apochriphus. Liber qui appellatur Sortes apostolorum[120] apochriphus[121], Liber qui[122] appellatur Physiologus qui ab hereticis conscriptus et[123] beati Ambrosii nomine signatus est apochriphus. Hystoria Eusebii Pamphyli apochripha. Opuscula Tertulliani apochripha. Opuscula Lactantii[124] apochripha, Opuscula Affrici apochripha, Opuscula Postumiani[125] et Galli apochripha, Opuscula Montani et[126] Priscille[127] et Maximille[128] apochripha[129], Opuscula omnia Fausti manichei[130] apochripha, Opuscula Commodiani apochripha. Opuscula alterius Clementis Alexandrini[131] apochripha, Opuscula Tharsi Cypriani apochripha, Opuscula Arnobii apochripha, Opuscula Tyconii[132] apochripha, Opuscula Cassiani presbiteri Galliarum apochripha. Opuscula Frumentii ceci, Victorini Pictauionensis[133] apochripha, Opuscula Fausti Regensis Galliarum[134] apochripha. Opuscula Frumentii ceci apochripha[135], Certonem de Christo uirgilianis compaginatum uersibus[136] apochriphum, Epistola Ihesu ad Abagarum[137] apochripha, Epistola Abagari[138] ad Ihesum apochripha, Passio Cirici[139] et Iulite apochripha, Scriptura[140] que appellatur Contradictio Salomonis apocripha. Hec et his similia que Simon magus, Nicholaus, Cherintus, Marcion, Basilides, Ebion, Paulus etiam Samosatenus Fotinus[141] et Bonosus, et qui simili errore[142] deferunt[143]. Montanus quoque cum suis [33vb]

---

[114] est CRSPZOHQ$^2$A; *om.* KNDBGQ
[115] Reuelatio que appellatur Pauli ap. apoc. *om.* A
[116] apoc. CKDBZOHA; *om.* N
[117] ap. *add.* N
[118] -r- *ss* C
[119] Iamne Penitentia CRWKNPZOHQ; Pen. Iamne B; Iamne Penitennia A
[120] a- *ss* C; apostolorum *om.* R; Liber qui app. Physiol. – apostolorum *in mg.* L$^2$
[121] Liber qui appellatur Phys. – apoc. *in mg.* H$^2$
[122] qui CKNBZOHQ; *om.* A
[123] *corr. fr.* est O
[124] Iact- B
[125] -iani CRKNBZOQA; -ani H
[126] et CRXKNVO; *om.* BGZHQA
[127] Piscille B
[128] Mamaximille O
[129] opusc. Montani - apoc. *om.* P; Opuscula Affrici - Max. apoc. *in mg.* V$^1$
[130] -ni- *ss* Z
[131] Clem. Alex. CKNBZOHQ; Alex. Clem. A
[132] -onii CRXWKNDP; -omii SBVZOHQA
[133] -ionensis RWKNZBP?OQA; -iensis LXS; -ianensis G?; -onensis H; ? C
[134] Galliarum C?RXKNBPZOHQ; *om.* A
[135] Opuscula Frumentii cec. apoc. *om.* N, *in* C?LKDBPZ(*om.* apoc.)OHA
[136] comp. uers. LRXWBPZOHA; uers. comp. KND; ? C
[137] Abagarum RXKDB; Adgabarum N; Abagum P$^2$; Abgarum OH$^2$Q$^2$A; Agarum H; Abgarium Q; ? C
[138] Abagari CRXKNDB; Agari P; Abgari ZOHQA
[139] Cirici RXSWKNBPZOHA; Ciri L; ? C
[140] -c- *ss* N
[141] Fotinus C?RKNBZOHQ; Fortenus A
[142] herrore *corr. fr.* horore O

obscenissimis sequacibus, Apollinaris[144], Valentinus siue Manicheus, Faustus, Affricanus, Sabellius, Arrius, Macedonius, Eunomius, Nouatus, Sabbastius[145], Celertus, Donatus, Eustatius, Iouinianus, Pelagius, Iulianus[146] Celanensis, Celertius[147], Maximianus[148], Priscillianus, Persilianus ab Hispania, Nestorius Constantinopolitanus, Maximus Vnicus, Lampetius, Dyoscorus, Euthincius, Petrus et alius Petrus e[149] quibus unus Alexandriam alius Antiochiam maculauit, Acatius Constantinopolitanus cum[150] sociis suis, necnon et omnes heresiarche, heresisque eorum discipuli siue scismatici quod[151] docuerunt uel conscripserunt quorum nomina minime retinentur, non solum repudiata, uerum etiam ab omni Romana ecclesia catholica et[152] apostolica eliminanda atque cum suis auctoribus auctorumque[153] subsequacibus sub anathemate indissolubili uinculo in eternum confitemur esse dampnata.

[*N.B. That* apoc. *and* Euangel. *expansions here cannot be collated with profit, since the forms are usually heavily contracted; much of* C *is illeg.*]

*JK 700; H 635a-637b, M 984-8; Thiel 1.454; Coll. Sem. 1.126-7; ID 4.64-65 as BD 3.220-1; IP 2.91, 2.123; D 15 c 3*

---

143 deferunt RXSKDBVP; defecerunt LWV²ZOHA; ferunt K²; deferuntur N; ? C
144 Apollinaris CRXSKNV²P; Apollonaris LBVZOHQA; Apollonarius G
145 -astius CKNBZOHQ; -astinus A
146 *ss* K
147 Celertius RXSWNDBVZOH; Cellertius CK; uel clercius L; Celertus PQ; Celertinus A
148 Maximianus CKNBZHOA; Maximinius O²
149 e CKNBZOHA; *om.* G
150 cu O
151 quod CKDBZOHA; *om.* N
152 et CKNBZOHQ; *om.* A
153 auctoribus auctorumque CKNBZOH; actoribus actorumque Q; auctorum auctoribusque A

## 2

*De iusta dampnatione Achatii[1]. Quod non possit uenia dari in errore duranti[2]*

Gelasius Fausto[3] magistro fungenti legationis officio Constantinopolim. Legatur ex quo est[4] religio Christiana uel certe detur exemplum in ecclesia Dei a quibuslibet pontificibus aut ab ipsis apostolis, ab ipso denique Saluatore ueniam nisi se corrigentibus fuisse concessam. Auditum autem sub isto celo non[5] legitur omnino nec dicitur quod eorum uoce depromitur, [6]Date nobis ueniam ut tamen nos[7] in errore duremus. Id quoque par esse[8] ostendant qui nobis canones nituntur opponere quibus hoc[9] canonibus, quibus regulis qua lectione, quoue[10] documento siue a maioribus nostris siue ab ipsis apostolis quos potiores merito fuisse non dubium est seu ab ipso Domino Saluatore qui iudicaturus creditur[11] uiuos[12] et mortuos siue factum est

---

1 De - Achatii *in mg.* H
2 *rubr. in mg.* ZO; *text* HQ; *om.* A
3 facto O
4 *repeated* H
5 non CLRXKNBP; nec ZOHQA
6 *New section begins here in* A, *with rubric:* Quod non possit uenia dari in errore duranti
7 nos CRKDBZOHA; *om.* N
8 par esse CRXKNBP; est GO; par est Z²HQ; pars est ZA
9 hoc CKBPZOHA; *om.* N; hec D
10 quoue CXKNBP; quo uel ZOHA
11 -itur CLSWK²DBVPZOHA; -iturus RXKN
12 *All from here to* errore mortuos *below in mg.* M

unquam uel faciendum esse mandatur[13]. Mortuos suscitasse legimus Christum, in errore mortuos [34ra] absoluisse non legimus. Et qui hoc certam faciendi solus[14] habuit potestatem[15]. beato Petro mandat principaliter apostolo, Que ligaueris super terram ligata erunt[16] et in celo et que[17] solueris super terram soluta erunt[18] et in celo[19]. Super terram, inquit, nam[20] in hac ligatione[21] defunctum nusquam dixit absolui. Non solum presuli apostolico[22] facere licet. sed[23] unicuique[24] pontifici quo scilicet[25] quemlibet locum secundum regulam hereseos ipsius ante[26] dampnate[27] a catholica communione[28] discernunt[29]. Achatius quippe non fuit noui uel proprii inuentor erroris ut in eum noua scita[30] procederent. Sed alieno facinori suam communionem miscuit. Itaque necesse fuit ut in illam recideret[31] iusta lance sententiam qua cum suis successoribus per coniuentiam[32] synodalem susceperat auctor[33] erroris[34]. Nobis opponunt canones dum[35] nesciunt quid loquantur. Contra quos hoc ipsi uenire se produnt quod prime sedi sana rectaque suadenti parere diffugiunt[36]. Ipsi sunt canones qui appellationes[37] totius ecclesie ad huius sedis examen uoluere differi[38]. Ab ipsa uero nusquam prorsus appellari debere sanxerunt ac per hoc illam de tota[39] ecclesia iudicare, ipsam[40] ad nullius commeare[41] iudicium, nec de eius unquam preceperunt[42] iudicio[43] iudicari, sententiamque[44] illius constituerunt non[45] oportere dissolui, cuius

---

13 A *begins new section, with rubric:* Viuenti tantum posse dari ueniam; *same rubric in mg.* XZOG??HQ
14 *corr. fr.* salus Z
15 *in mg.* M
16 ligata erunt CRBPZO; erunt ligata KNHA
17 *corr. fr.* quecumque Z
18 soluta erunt CKNBZOQ; erunt soluta HA
19 et que solueris - in celo *in mg.* W$^2$; L(*mg.*)SW *begin new section with rubric*: Viuenti tantum (tamen W) posse dari (dare S) ueniam. *Same passage added in text* L, *in mg.* R$^2$X$^2$P (P *with no break*)
20 na O
21 leg- A
22 Licere cuicumque pontifici sequaces heresis ante dampnate (-ato L, -ata Q) a communione separare (-ari K, sep. *om.* O) *in mg.* LR$^2$SVPZOGHQA, *cf* W *at note below*
23 *ss* Z
24 unicuique CRXKNB; iunicuique P?; cuicumque ZOHA
25 scil. CNBZOHA; sane K
26 ante CKDBZOHA; autem N
27 -ate CKNBZOHQ; -are A
28 ante *add.* Z (*om.* CKNBOHA)
29 -unt CRXKN; -ant BVGZOHA. W *here begins a new section, with rubric*: Licere quicumque episcopi sequaces heresis ante dampnate a communione separare
30 scita CRXK$^2$NBZOHA; cita KD; scista P
31 recid- CRNDBPZOHQ$^2$; reced- KQA
32 coniu- CRKNBZOHQ$^2$; conu- QA
33 auctor CKNBZOHQ; actor A
34 A *begins a new section, with the rubric:* De iudicio sedis apostolice non esse iudicandum; *same rubric in mg.* LSVPZOHQ; *see below for* W
35 *in mg.* Z
36 diffig- A. W *here begins a new section with rubric*: De iudicio sedis apostolice non esse iudicandum; *same text in mg.* R$^2$X$^2$S$^2$
37 -iones CRK$^2$BPZOHA; -ionis KND
38 differri CRXKNBPZ$^2$; deferri ZOHA
39 de tota CKNBZHA; deuota O
40 ipsam CKNBZOHQ; ipsa A
41 ad null. comm. CKNVPZOHA; comm. ad null. B
42 prec- CRNDBPZOHQ; perc- KA
43 iudicio C$^2$LSWKNDBPZOHA; *om.* CRX
44 -que CKNBZOQA; *om.* H

potius sequenda decreta mandarunt[46]. In hac[47] ipsa causa Timotheus Alexandrinus et Petrus Antiochenus[48], Petrus, Paulus, Iohannes et ceteri non solum unus sed plures utique[49] nomen sacerdocii preferentes, sola[50] sedis apostolice sunt auctoritate deiecti. [51]Qua traditione maiorum apostolicam sedem in iudicio uocant[52] ? An secunde sedis antistes[53] et[54] tercie ceterique bene conscii sibi sacerdotes depelli debuerunt et qui extitit religionis inimicus depelli non debuit? Viderint ergo[55] si alios habent canones quibus suas ineptias exequantur. Ceterum isti[56] qui sacri, qui ecclesiastici, [34rb] qui legitimi[57] celebrantur[58] non solum sedem apostolicam ad iudicium uocare non possunt, et Constantinopolitane[59] episcopus ciuitatis que utique[60] per canones inter sedes nullum nomen accepit, in communionem recidens[61] perfidorum non debuit submoueri?[62]

*JK 622; Thiel 1.107; H 637a Inscr., 637b.24-48 to* dixit absoluti*, 638a 3-32 to* auctoritate deiecti*, 638a.56 - 638b.2, M 954-5, 956; Coll. Sem. 1.228a to* dixit absolui*; ID 5.9 (*Nobis opponunt - submoueri*), 14.61 (*Mortuos suscitasse - dixit absolu[i]*); IP 5.119 as ID 14. 61; +D 22 c 5 (*Qua traditione - *end), +C 9 q 3 c 16 (*Ipsi sunt - mandauerunt*), +C 24 q 1 c 3 (*Achatius non fuit - auctor erroris*), C 24 q 2 c 2 (*Legatur ex quo - [dixit absolui], *of which the end is an addn)*

---

[45] non CRXKNBP; *om.* ZOHA
[46] -arunt CKNBZO; -auerunt HQA
[47] *ss* A
[48] -o- *ss* N
[49] utique CKNBZOHQ; tutique A
[50] *ss* A
[51] A *places the rest of this canon after c 3*; HQ *begin a new canon,* (H *with rubric:* Idem de eodem)
[52] -ant CKNBZOQA; -antur H
[53] *corr. to* antistites Q
[54] et CKNBZOHQ; *om.* A
[55] ergo CKNV²ZOHA; *om.* BVP
[56] isti CKDBPZ²OHA; *om.* NZ
[57] -gi- *ss* A
[58] isti *add.* N (*om.* CKBZOHA)
[59] -ane CKNBZOHQ; -ano A
[60] que utique C²LSWKNBVPZOHA; *om.* CRX
[61] recidens CNDBPZOHQ²; recides K; recedens QA
[62] -oueri CKNBZOHQ; -oui A

**3**

*Ex decretali epistola. Non esse iterum disputandum contra heresim ante dampnatam*[1]

Gelasius dilectissimis fratribus uniuersis episcopis per Dardaniam constitutis. Maiores nostri diuina inspiratione cernentes necessarie[2] precauerunt[3], ut[4] quod contra unam quandoque[5] heresim coacta semel synodus pro fide. communione et ueritate catholica atque apostolica promulgasset non sinerent nouis post hec[6] retractationibus[7] mutilari[8] ne prauis occasio preberetur[9] que medicinaliter fuerant[10] statuta pulsandi. sed

---

[1] Ex - dampnatur *om.* A
[2] necessarie CRWNBPZOHA; necesse KD
[3] *corr. fr.* predicauerunt ND
[4] *ss* L²
[5] quandoque CRXWDBVP; quamque KNZOHA
[6] nouis post hec C(*with lacuna*)LSK²NDVZHA; nouis post hec nouis RXKB; nouis post hec nouis P; post hec nouis O
[7] retractationibus CKDBZOHA; traditionibus N
[8] id est detruncari *add.* S *ss*
[9] -ur *added in red* O
[10] *corr. fr.* -int Z

auctore cuiuslibet insanie ac pari errore dampnato sufficere iudicauerunt ut quisquis aliquando huius erroris communicator existeret, principali sententia[11] dampnationis eius esset obstrictus[12]. Sic Sabellium dampnauit synodus nec fuit necesse[13] ut eius sectatores postea dampnarentur, sed pro tenore constitutionis antique[14] qui uel prauitatis illius uel communionis extitere participes[15] uniuersalis ecclesia duxit esse refutandos. Sic Arrium, Eunomium, Macedonium, Nestorium synodus semel gesta condempnans ulterius ad noua concilia uenire non sinit[16].
*JK 664; H 642a.34-46 to* esset obstrictus, *51-57 to* esse refutandos, *57-64 (much abbreviated), M 963; +C 24 q 1 c 2*

[11] *corr. fr.* sentententia Z
[12] obstrictus LRXSWKNBVPZOHA; constrictus C
[13] *after corr.* H
[14] antique LRXSWKNBVPZOHA; antiquis *with* -u- *ss* C
[15] extitere participes CKNBPHA; existere ( -s- *ss*) participes Z; extiterit particeps O
[16] A *here adds the end of c 2 above*, Qua traditione - debuit submoui, *with the rubric:* Ex decretali epistola. Non est iterum disputandum et contra heresim ante dampnatam

**4**

*Ex generalibus decretis pape Gelasii. cp. i[2]. De institutis ecclesiasticis pro temporum qualitate[3] moderandis[4]*

Martin Brett 15/11/2004 07:23
**Deleted:** *i*

Dilectissimis fratribus uniuersis episcopis[5] per Lucaniam et Syciliam Gelasius. Necessaria rerum[6] dispositione constringimur sic canonum paternorum decreta librare et retro presulum decessorumque nostrorum precepta metiri ut que presentium necessitas temporum restaurandis ecclesiis relaxanda deposcit, adhibita consideratione diligenti quantum potest [34va] fieri[7] temperemus.
*JK 636; H 650b.14-22, M 939-40 (c 1 pt); ID 3.141; C 1 q 7 c 6*

[2] cp. i *after* moderandis K
[3] calitate O
[4] moderandis CKDBZOHA; temperandis N. De – moderandis *in mg.* ZO
[5] fratr. uniu. episc. CNBZOHA; uniu. ep. atque fratribus K
[6] rerum CKNBZQA?; rex H
[7] potest fieri CKNBZOQA; fieri potest H

**5**

*Vbi nulla urget necessitas instituta patrum non esse uiolanda cp. ii*

Priscis igitur[1] pro sua reuerentia manentibus constitutis que ubi[2] nulla uel rerum uel[3] temporum[4] perurget angustia regulariter conuenit custodiri, quatinus ecclesiis que uel cunctis sunt priuate ministris uel sufficientibus usque adeo despoliate[5] seruitiis[6] ut plebibus ad se pertinentibus diuina munera supplere non ualeant, tam instituendi quam prouidendi clericalis[7]obsequii[8] sic spacia dispensanda concedimus.
*JK 636; H 650b.40-9, M 940, (c 2); ID 3.142; cf D 55 c 1a var.*

[1] igitur CNDBZOHA; ergo K
[2] ubi CRKNVPZOHA; ibi B
[3] *ss* K
[4] nulla uel rerum - temp. *om.* P
[5] -ate CRXKNBP; -ata ZOHA
[6] -s *ss* C
[7] cler- CKNBOHA; clar- Z
[8] obsequii CKDBZOHA; officii N

**6**

*Vt cum defuerint cleri de monachis eligantur cp. iii*

Vt[1] si quis etiam de religioso proposito et disciplinis monasterialibus eruditus ad clericale munus accedit in primis eius uita preteritis acta temporibus inquiratur si nullo graui facinore probatur infectus, si secundam non habuit fortasse[2] uxorem nec a marito reiectam sortitus ostenditur.

*JK 636; H 650b.50-56, M 940 (c 3 pt); ID 3.143; cf D 55 c 1b widely var., D 77 c 8 as here*

[1] Vt CRXSKNBPZOH; Et LA
[2] non habuit fortasse LRXSKNBVPZOHA; fortasse non habuit C; habuit fortasse W

**7**[1]

*Vt nulla precia[2] de[3] baptizandis et consignandis fidelibus exigantur cap. vii*

Baptizandis consignandisque fidelibus precia nulla prefigant, nec illationibus quibuslibet impositis exagitare[4] cupiant renascentes quoniam quod gratis accepimus gratis dare[5] mandamur[6]. Et ideo nichil a predictis prorsus exigere moliantur quo uel paupertate cogente deterriti uel indignatione reuocati redemptionis sue causas[7] adire despiciant, certum habentes quod qui[8] prohibita deprehensi fuerint admisisse[9] uel commissa non potius sua sponte correxerint periculum subituri proprii sint honoris[10].

*JK 636; H 651a.65 – b.10, M 941 (c 7); Coll.Sem. 2.11; ID 1.72 (first sentence only); C 1 q 1 c 99*

[1] *after c. 8* A
[2] *corr. fr.* premia Q
[3] *ss* A
[4] *corr. fr.* -ate H
[5] *corr. fr.* date H
[6] -amur CKNBZOQ; -amus HA
[7] -s *ss* A
[8] *ss* K
[9] admisisse CKNBZOHQ; admisse A
[10] honoris CKNBZOHQ; *om.* A

**8**

*Non debere fieri baptisma preter Pascha et Pentecosten nisi necessitas cogat c.xii[1]*

Baptizandi sibi quispiam[2] passim quocumque[3] tempore nullam[4] credat inesse fiduciam preter Paschale festum et Pentecostes[5] uenerabile sacramentum[6], excepto dum [34vb] taxat grauissimi languoris[7] incursu, in quo uerendum[8] est ne[9] morbi crescente periculo sine remedio salutari fortassis egrotans[10] exitio preuentus abscedat.

*JK 636; H 652a.43-51, M 943 (c 12); Coll.Sem. 2.13; Br fo. 78r; ID 1.199 as BD 4.4; De cons D 4 c 18*

[1] xii CRKNBZOH; iiii A
[2] sibi quispiam CKNBZO; quispiam sibi HQA
[3] quocumque CKNBZOA; quoque HQ
[4] nullam CKNBZHA; nulla O
[5] -tes CRXKNB; -ten ZOHA
[6] et *add.* KND, *om.*CLRXWBVPZOHA
[7] *corr. fr.* -res B
[8] uerendum CKNBOHQA; reuerendum Z
[9] ne CKNBZOH; nec A
[10] egrotans CKNBZOHQ; egrotas A

**9**

*Ordinationes non esse[1] faciendas nisi in ieiunio quatuor temporum cp. xiii[2]*

[1] *ss* O

Ordinationes etiam presbyterorum et dyaconorum nisi certis temporibus et diebus exerceri non debent id est[3] quarti mensis ieiunio[4] septimi et decimi. Sed etiam quadragesimalis inicii ac mediane[5] quadragesime die sabbati ieiunia circa uesperam[6] celebranda[7] nec cuiuslibet utilitatis[8] seu presbiterum seu dyaconum his preferre qui ante[9] ipsos fuerint ordinati.
*JK 636; H 652a.52-60, M 943 (c 13); ID 6.74; IP 3.25; D 75 c 7*

---

[2] cp. xiii LRKDBZOHQ; xiiii N; *om.* A; ? C
[3] debent id est CKNBZOQA; debebent H
[4] et *add.* C, *om.* LRXSWKNBVPZOHA
[5] *corr. to* -iante H
[6] -eram CSKNBZOHQ; -erum A; nouerint *add.* CL²SV², *om.* LRWKNBVPZOHQA
[7] -andas S
[8] causa *add.* S²
[9] *corr. fr.* non X

## 10

*Ne[1] illiteratus[2] uel membro[3] imminutus ad clerum[4] promoueatur[5] c.xviii[6]*

Illiteratos quoque[7] et nonnulla parte corporis imminutos sine ullo respectu ad ecclesiasticum didicimus uenire seruitium. Quod simul antiqua traditio et apostolice sedis uetus forma non recipit, quia nec litteris carens sacris[8] esse potest aptus officiis et uitiosum nichil prorsus Deo[9] offerri, legalia precepta sanxerunt. itaque de cetero modis omnibus hec uitentur, nec quisquam talis suscipiatur in clerum.
*JK 636; H 652b.61 – 3a.3, M 944 (c 18); ID 6.75; cf D 36 c 1 widely var.*

---

[1] Ne CRKNBZOQA; Nec H
[2] -it- *ss* A
[3] immembro O
[4] clerum CKNBZOHQ; clericorum A
[5] *corr. fr.* -eantur O; -uehatur ND
[6] c. xviii *om.* A
[7] *om.* P
[8] sacris CKNVPZOHA; *om.* B
[9] prorsus Deo CRXKNBP; Deo prorsus ZOHA

## 11

*De tricennali possessione*

Gelasius Romane ecclesie episcopis qui in Sicilia sunt constituti. Illud etiam annecti placuit ut si quod absit facultates ecclesie necnon et dyoceses ab aliquibus possidentur episcopis iure sibi uendicent quod tricennalia lex conclusit. Quia et filiorum nostrorum principum ita emanauit auctoritas ut ultra triginta annos nulli liceat pro eo appellare quos[1] legum tempus[2] exclusit.
*JK 637; H 654b.46-53, M 947, c 2; BD 3.147 sl. var. (cf c 20 below); ID 3.144 as here; C 13 q 2 c 1 from* Facultates, *C 16 q 3 c 2b as c 20 below, to* emanauit auctoritas

---

[1] quos C?LRXSWKNBVPZOHA; quod S²
[2] legum tempus CLRXSWBVPZOHA; tempus legum KND

## 12

*De promotione monachorum nouiter conuersorum uel laicorum*

Gelasius uniuersis episcopis per Lucaniam et Syciliam[1]. Monachus nouitius morum honestate fulcitus continuo lector uel notarius aut certe defensor effectus, post tres menses [35ra] existat accolitus, maxime si huic etas etiam[2] suffragatur[3], sexto mense

---

[1] Gelasius - Syc. *as inscr. before rubric* ZOHQA
[2] etiam CKNBZOHQ; in A

subdyaconi nomen accipiat. Ac si modeste conuersationis honesteque uoluntatis existat[4], nono mense dyaconus, completoque anno sit presbiter. Cui tamen quod annorum fuerant interstitia[5] collatura, sancti propositi sponte suscepta docetur prestitisse deuotio. Si uero laicus quispiam ecclesiasticis est aggregandus officiis, tanto sollicitius in singulis que superius comprehensa sunt huiusmodi decet[6] examinari personam quantum inter mundanam religiosamque uitam constat esse discriminis, quia utique conuenientia ecclesie ministeria reparanda sunt, non inconuenientibus meritis ingerenda. Tantoque magis quod sacris aptum possit esse seruitiis in eorum querendum est institutis quantum de[7] tempore quo fuerant hec assequenda decerpitur, ut morum habere[8] doceatur hoc probitas quod prolixior[9] consuetudo non contulit ne per occasionem supplende penurie clericalis uicia potius diuinis cultibus intulisse non legitime familie computemur procurasse compendia[10]. Quorum promotionibus super[11] anni metas sex menses nichilominus subrogamus[12] quoniam sicut dictum est distare conuenit inter personam diuino cultui deditam et de laicorum conuersatione uenientem. Que tamen eatenus indulgenda credimus, ut ecclesiis ab hac occasione cessantibus[13] canonum paternorum uetus forma seruetur.
*JK 636; H 650b.62 - 651a.49, M 940-1 modified at beg. and end; D 77 c 9*

---

[3] *corr. fr.* -tor Z
[4] -tat LRXSWKNO; -tit CBPZO$^2$HA; extiterit V
[5] interstitia CSKDBZOHA; intertitia N; id est interualla *add.* S$^2$
[6] *corr. fr.* debet O
[7] de CKNBZHA; *om.* O
[8] *ss* C
[9] *corr. fr.* -xor Z
[10] id est commoda *add.* S$^2$
[11] super LSWKNBVPZOHA; si per CRX
[12] -mus CKNBZHA; -mur O
[13] cessantibus CKNBZHA; cedentibus O

## 13

*Item[1] idem[2] in eadem. Ne[3] dyaconi baptizent sine episcopo uel presbitero*

Dyacones[4] quoque propriam constituimus[5] seruare mensuram, nec ultra tenorem paternis canonibus deputatum quippiam temptare permittimus, nichil[6] eorum suo ministerio penitus applicare que prioribus ordinibus proprie decreuit antiquitas. Absque episcopo uel presbitero[7] baptizare non presumant nisi fortassis predictis[8] officiis longius constitutis necessitas extrema compellat quod et laicis [35rb] Christianis facere plerumque conceditur. Hos non in presbiterio residere cum diuina celebrantur uel[9] ecclesiasticus[10] celebratur quicumque tractatus. Sacri corporis prorogationem[11] sub conspectu episcopi seu presbiteri nisi[12] his[13] absentibus ius non habeant exercendi.

---

[1] Item CKNBZ; *om.* OHA
[2] idem CKNBOHA; *om.* ZQ
[3] Ne CKNBZOHQ; Nec A
[4] -ones CRXKNB; -onos ZOHA
[5] prop. const. CKNBZOQA; const. prop. H
[6] que *add. ss* K
[7] *corr. fr.* clero O
[8] fort. pred. CRXKNB; pred. fort. ZOHA
[9] ab *add. ss* K
[10] -icus CNBZOHA; -icis K
[11] pror- CKNBOHQA; prer- Z
[12] n O
[13] *corr. fr.* is Z

*JK 636; H 651b.35-51, M 942, (cc 9-10); ID 6.99 as here, 1.252 to* conceditur *as BD 4.57; D 93 c 13 as here, though all from* plerumque conceditur *was added later*

**14**

*Idem. De[1] tempore consecrandarum uirginum*

Deuotis quoque uirginibus nisi aut in Epyphaniorum aut in albis Paschalibus aut apostolorum natalibus sacrum minime uelamen imponant, nisi forsitan sicut de baptismate dictum est graui languore correptis, ne sine hoc munere de seculo exeant implorantibus non negetur.

*JK 636; H 652a.61-7, M 943, (c 14); Coll.Sem. 2.14; Br fo. 78r; ID 7.36 var. as BD 8.15; IP 3.189 as ID; +C 20 q 1 c 11 with added sentence from c 15 below, to* attemptet

[1] De CKNBZOHQ; *om.* A

**15**

*Idem. De[1] non uelandis[2] uiduis[3] ab episcopo*

Viduas autem uelare pontificum[4] nullus attemptet[5], quod nec auctoritas diuina delegat nec canonum forma[6] prestituit. Non est ergo penitus usurpandum eis quia sic ecclesiastica sunt conferenda presidia ut nichil commitetur[7] illicitum.

*JK 636; H 652b.1-6, M 945 (c 15); Coll.Sem. 1.130; cf C 27 q 1 c 8 citing part of this as BD 8.136, ID 7.55, which are widely var.*

[1] De CKNBZOHQ; *om.* A
[2] uelandis C²LXSWKNVPZOHA; uelatis R; uelantis B; ? C
[3] uiduis CKDBZOHA; episcopis N
[4] -icum CKNBZ²OHQ; -icus Z; -icem A
[5] att- CKNBZOQA; cont- H
[6] forma CKNBZOHQ; *om.* A
[7] *ss* H

**16**

*Idem. De[1] non recipiendis seruis[2] ad clerum*

Generalis[3] etiam[4] querele uitanda presumptio est qua prope modum causantur uniuersi passim seruos[5] et originarios dominorum iura possessionemque[6] fugientes sub religiose[7] conuersationis obtentu uel ad monasteria sese conferre uel ad ecclesiasticum famulatum, coniuentibus quoque[8] presulibus indifferenter admitti. Que modis omnibus est amouenda[9] pernicies[10] ne per Christiani nominis institutum aut aliena peruadi aut publica uideatur disciplina subuerti, precipue cum nec[11] ipsam ministerii clericalis hac obligatione fuscari conueniat dignitatem, cogaturque[12] pro statu[13] militantium sibi conditioneque iurgari aud uideri quod absit obnoxia. Quibus sollicita competenter interdictione[14] prohibitis quisquis episcopus presbiter et

[1] De CKNBZOHQ; *om.* A
[2] -iendus seruus *with* -r- *ss* A
[3] Gen- CKNBOHA; Ven- ZQ
[4] etiam CKNBZOHQ; in A
[5] sernos H
[6] *an erasure before* -que H
[7] -iose CKNBZHA; -ionis O
[8] quoque CNDBZOHA; que K
[9] *corr. fr.* admouenda O
[10] pen- A
[11] nec CKDBZOHA; *om.* N
[12] -que *ss* D
[13] statu CLSWK²DV²ZOHA; stratu RXKNBVP
[14] -c- *ss* A

dyaconus uel eorum qui monasteriis preesse noscuntur. Huiusmodi personas apud se tenentes non restituendas[15] patronis aut deinceps uel ecclesie[16] seruituti[17] uel [35va] religiosis[18] congregationibus putauerint[19] applicandas, nisi uoluntate forsitan dominorum[20] subscriptionis testimonio primitus absolutas uel legitima transactione[21] concessas, periculum se honoris proprii non ambigant, communionisque subituros si super hac re[22] cuiusquam uerax[23] nos[24] querela pulsauerit. Magnis quippe studiis secundum beatum apostolum precauendum est[25] ne fides et disciplina Domini blasphemetur[26].

*JK 636; H 652b.7-38, M 943 (c 16); Coll.Sem. 1.131; ID 6.100; +D 54 c 12 has added sentence*

---

[15] *corr. fr.* -dis N
[16] ecclesie CRXKNBP; ecclesiastice ZOHA
[17] seruituri *corr. to* -uris (*or* -as) K
[18] -li- *ss* A
[19] -erint CRWBPZOHA; -erunt KND
[20] fors. dom. CNDBZOHA; dom. fors. K
[21] -c- *ss* Z
[22] *ss* H
[23] uerax CKDBZOHA; uera N
[24] deinceps *add. ss* K
[25] *ss* H
[26] -me- *ss* H

**17**

*Idem. Non esse committenda mysteria uexatis demone[1] uel passione*

Vsque adeo sane comperimus illicita queque prorumpere[2] ut demone aliisque passionibus irretitis mysteria sacrosancta tractare[3] tribuatur[4]. Quibus si in hoc opere positis aliquid proprie necessitatis occurrat[5] quis de sua ac fidelium salute confidat, ubi ministros ipsos curationis humane tanta perspexerit[6] calamitate uexari? Atque ideo necessario[7] remouendi sunt ne quibuslibet pro quibus Christus est mortuus scandalum generetur[8] infirmis. Postremo si corpore sauciatum fortassis aut[9] debilem nequaquam sancta contingere lex diuina permittit, quantomagis doni celestis dispensatores esse non conuenit quod est deterius[10] mente perculsos[11].

*JK 636; H 653a.36-51, M 944-5 (c 21 mod.); ID 2.88; +D 33 c 5*

---

[1] *corr. fr.* tempore Z
[2] prorumpere CKNBVZH; perrumpere OQA
[3] *corr. fr.* -ate B
[4] tract. trib. CNDBZOHA; trib. tract. K
[5] oocurrat A
[6] perspexerit CRXKDVPZOHA; prospexit L; perspexeris SW; persperexit N; prospexerit B
[7] necessario *after* sunt KND
[8] et *add.* H, *om.* CKNBZOA
[9] aut CRWKNVPZOHA; uel B
[10] detius A
[11] perculsos CRXKNBP; percussos SVZOHA

**18**

*Idem. De uirginibus propositum uiolantibus[1]*

Virginibus autem sacris temere se quosdam sociare cognouimus et post dicatum Deo propositum incesta federa sacrilegaque miscere. Quas protinus equum est a sacra communione detrudi et nisi per publicam probatamque penitentiam omnino non recipi. aut his certe uiaticum de seculo transeuntibus[2] si tamen penituerint non negari.

---

[1] prop. uiol. CRXKDBVP; prop. non uiol. N; uiol. prop. ZOHA
[2] *add. in mg.* Z

Nam de uiduis sub[3] nulla benedictione uelandis superius late sufficienterque prediximus.
*JK 636; H 653a.52-60, M 945 (c 22); ID 7.51, 7.121A as BD 8.32, insc. distinct, and lacks last sentence; C 27 q 1 c 14 as BD, ID*

[3] -b *ss* B

**19**

*Idem. De diuidendis redditibus ecclesie[1]*

Quatuor autem tam de redditu quam de oblatione[2] fidelium prout cuiuslibet ecclesie facultas admittit, sicut dudum rationabi [35vb] liter est[3] decretum conuenit[4] fieri portiones. Quarum una sit pontificis, altera clericorum, tercia pauperum[5], quarta fabricis amplificanda[6]. De quibus sicut[7] sacerdotis intererit integram ministris ecclesie memoratam dispendere quantitatem, sic clericus ultra delegatam sibi summam nichil insolenter nouerit expetendum[8]. Ea uero que ecclesiasticis edificiis attributa sunt. huic operi ueraciter prerogata locorum doceat instauratio manifesta sanctorum, quia nefas est si[9] sacris edibus destitutis in lucrum suum presul inpendia his deputata conuertat. Ipsam nichilominus asscriptam[10] pauperibus portionem quamquam diuinis rationibus se dispensasse monstraturus esse uideatur tamen iuxta quod scriptum est, Vt uideant uestra opera[11] bona et glorificent Patrem uestrum qui in celis est, oportet etiam presenti testificatione predicari et bone fame preconiis non taceri. Quapropter nec clericorum quispiam se huius offense futurum confidat immunem si in his[12] que salubriter sequenda deprompsimus[13] siue episcopum[14] seu[15] dyaconum uiderit excedentem, non protinus ad aures nostras[16] deferre curauerit, probationibus dumtaxat competenter exhibitis, ut transgressoris ultio fiat. ceteris interdictio delinquendi. Sic uero modis omnibus erit unusquisque pontificum ordinis et honoris elisor si cuiquam clericorum uel totius ecclesie auditui[17] hec putauerit supprimenda.
*JK 636; H 654a.44 – b.25, M 946-7 (cc 29-30); ID 3.203 to* non taceri*, as BD 3.137; IP 2.7 as ID; C 12 q 2 c 27 to* Quapropter quispiam*, adding* etc.*, C 2 q 7 c 47 from* Quapropter nec

[1] *om.* P
[2] *corr. fr.* oratione V
[3] est CRKDBPOHQA; *om.* NZ
[4] *corr. fr.* conticuit X[2]
[5] ter. paup. CRXKNBVP; paup. ter. ZOHA
[6] amplificanda RXSKNDBVPZOHA; applicanda C[2]D[2]V[2]; amplicanda (*corr. fr.* amplianda W) LW; amplificandis K[2]; uel applicandis *ss* K; ? C
[7] sicut CKNBZOHQ; sacri A
[8] expet- CKNBZOHQ; expect- A
[9] *corr. fr.* sit O
[10] -s- *ss* C
[11] uestra opera CRWKNVPZOA; opera uestra BHQ
[12] his CKNBOHQ; iis ZA
[13] *erasure in mid-word* H
[14] seu presbiterum *add.* C, siue presbiterum *add.* V[2]ZOHA, *om.* LRXSWKNBVP
[15] seu C[2]RSKNVPZOA; siue LXWBHQ
[16] nostras CKDBZOHA; uestras N
[17] -itui CRKNPZOHA; -itu B

**20[1]**

*In potestate episcopi facultates ecclesie esse[2] debere*

Gelasius Romane ecclesie episcopus dilectissimis[3] et in Christi unanimi caritate conexis fratribus episcopis qui in Sicilia sunt constituti. Quoniam presulum nostrorum

[1] De facultatibus ecclesie *add.* ZOHQA, *om.* CRXKNBP
[2] esse CKDBZO(*ss*)HQ; esse non N; non A
[3] dil- CKNBOHA; del- Z

auctoritas emanauit ut[4] facultates ecclesie episcopi[5] ad regendum[6] habeant potestatem, ita tamen ut uiduarum pupillorum atque[7] pauperum necnon et clericorum stipendia distribuere debeant. Hoc eis statuimus dari quod hactenus decretum est. [36ra] Reliquum sibi episcopi[8] uendicent[9] ut sicut antea diximus, peregrinorum atque captiuorum largitores esse possint. Illud quoque annecti placuit, ut si quod absit facultates ecclesie et dyoceses[10] ab aliquibus possidentur episcopis iure sibi uendicent quod tricennaria lex conclusit, quia et filiorum nostrorum principum ita emanauit[11] auctoritas, ut ultra xxx annos nulli liceat pro eo appellare quod legum tempus exclusit.

*JK 637; H 654b.36-53, M 947 (cc 1-2); ID 3.147 (cf above c 11 for pt 2); C 16 q 3 c 2 var., of which the beginning was a later addn*

---

[4] *ss* H
[5] ecclesie episcopi C²LSWN²BVPZOHQ; episcopi CRXKD; ecclesie Christi episcopi N; episcopi ecclesie A
[6] *corr. to* erogandum K
[7] atque CKNBZOQA; aut H
[8] episcopi CKNBOHQA; episcopum Z
[9] uend- CKNBP; uind- ZOHA
[10] dyoceses CKNBZOA(-s- *ss*); -eseos H; dioces Q?
[11] emanauit CRKNBOHA; emauit Z

## 21

*Ex decretis Gelasii pape. De his qui intra anni spacium causam[1] suam coram[2] excommunicatoribus suis non peregerint et si obstinato animo sine communione defuncti fuerint[3]*

Quicumque intra anni spacium ciuiliter[4] siue publice causam[5] suam coram suis excommunicatoribus non peregerint[6], ipsi sibi aditum audientie[7] clausisse uideantur. Quod si obstinato animo sine[8] communione defuncti fuerint, nos illorum causam iuxta[9] beati Leonis predecessoris nostri[10] sententiam diuino iudicio reseruantes, quibus uiuis non communicauimus nec mortuis communicare debemus.

*JK 693; BD 11.47 var.; 74T 323 as BD; Dd 4.391 as BD; ID 14.111 as BD; IP 5.136 as BD; C 11 q 3 c 37 as here*

---

[1] *corr. fr.* ecclesiam V
[2] *ss* V
[3] De his - fuerint (fueritur P) CRXKDBP; De his - animo sine N; *om.* ZOHA
[4] ci- *ss* A
[5] *corr. fr.* coram O
[6] *corr. fr.* pepigerint O
[7] -i- *ss* K
[8] sine CKNBZOQA; siue H
[9] iuxta CRKNVPZOHQ; *om.* B; iusta A
[10] beati Leonis predecessoris nostri CRKNBPZ(-de- *ss*)HA; Leonis beati predecessores uestri O

## 22

*Ex regulis[1] Gelasii pape[2]. De his qui proficere noluerint[3]*

Qui proficere noluerint[4] suis reddantur inferioribus post minores ipsaque[5] commoda[6] presbiteri propensius quam diaconi[7] consequantur, ut hac saltem ratione constricti et honorem quem fugiunt appetere nitantur et questum.

*JK 668; Dd 2.54; CB Gel. 27b, Varia 2.86 as here; ID 6.43*

---

[1] regulis CRKNBVP; registro ZH; reg' OA; regimine Q
[2] Gel. pape CRBPZOHA; pape Gel. KND; Idem *for* Ex - pape XW
[3] De - nol. CRXWKNBP; *om.* ZOHA
[4] -erint CXSWKNDO; -erunt LRVZHA; -er' B; uoluerunt P
[5] ipsaque CKDBZOHA; ipsa N
[6] commoda CNDBZOHA; commonitio K
[7] dia (ni *ss*) Z

### 23

*Item de tricennali possessione*[1]

Placuit huic[2] sancte ac magne synodo ut res uel priuilegia que[3] Dei ecclesiis ex longa consuetudine pertinent et siue a[4] diue[5] recordationis imperatoribus siue ab aliis Dei cultoribus in scriptis donata et ab eis per annos xxx possessa sunt nequaquam a potestate presulum earum quecumque persona secularis per potestatem subtrahat[6] aut per[7] argumenta quelibet auferat sed sint[8] omnia in potestate ac iussu presulis [36rb] ecclesie quecumque intra xxx annorum spacium ab ecclesiis possessa fuisse noscuntur. Quisquis ergo secularium contra presentem diffinitionem egerit tanquam sacrilegus iudicetur et donec se correxerit et ecclesie propria priuilegia seu res restituerit anathema sit.

*JK 698; CB Varia II 87 (no inscr.), recte C. Constantinople (869) c 18 as Dd 3.11; AL 4.30; C 16 q 3 c 8 as here*

[1] Item (*om.* P) de tric. poss. CXKNBP; Item idem ZOHQ; Idem eidem A
[2] *corr. fr.* huc B
[3] ad *add. ss* K
[4] a CKNBZOHQ; *om.* A
[5] *corr. fr.* diiue K
[6] subturrahat A
[7] per CRK[2]NBVPZOHQ; *om.* KA
[8] *corr. fr.* sunt Z

### 24

*Quinigesio episcopo*[1]*. Ne quis*[2] *de re in litigio posita sinatur exigere pensiones donec iuridico examine diffiniatur*[3]

Quia res in litigio posita in nullam[4] transferri possit omnino personam, donec legitime cognitionis[5] euentu cui[6] potius debeatur iudiciaria disceptatione possit agnosci, ex eadem re quispiam[7] non sinatur exigere pensiones, sed in eo statu re eadem posita in quo uidetur sicut dictum est ante constituta, quisquis sibi putat quippiam posse competere iuridico[8] pulset examine preiudiciis omnibus inde[9] submotis.

*JK 712; CB Gel. 37; +C 11 q 1 c 50*

[1] Quin. ep. CRWKNDBVP; Gelasius Quinigesio episcopo *as beg. of text* ZOHQA
[2] quis CRWDBVP; qui K; quod N
[3] diffiniatur CKDBP; finiatur N; Ne quis – diff. *om.* ZOHQA
[4] *corr. fr.* nullo K
[5] cognitionis CKNBZH; cognationis O; connitionis Q; cogitationis A
[6] cui CKNBZOH; cuius Q; *om.* A
[7] quispiam CKNBP; quisquam ZOHA
[8] iuridico CRXSNBVPZHA; uiridico LW; ueridico K[2]DO; utridico K
[9] inde CKNBZOHQ; in A

### 25

*Maximo et Eusebio episcopis. De statu ecclesiarum*[1] *qui perpetue etatis firmitate durauit non mutando*[2]

Licet regulis contineatur antiquis parrochias unicuique ecclesie pristina dispositione deputatas nulla posse[3] ratione conuelli, ne[4] per consuetudinem pessimam exempli

[1] ecclesiarum CRBP; parrochiarum KND
[2] Max.- ep. De - mutando CRKNBP; Gel. Maximo et Eusebio episcopis ZOHA
[3] *ss* S[2]
[4] ne CKNBZHA; nec O

mali temeritate crescente ubique uniuersalis confusio[5] nasceretur[6], tamen etiam[7] decretis nostris ante non multum temporis destinatis omnia iussimus que taliter fuerant inuasa restitui. Sed quia[8] temeritas[9] peruadentium legem sibi putat posse[10] generari[11] si sceleri suo[12] pertinaciam[13] retentionis adiungat. ea que inter fratrem et coepiscopum nostrum Constantium Camiscane ecclesie sacerdotem et directos[14] ab Anconitano[15] pontifice decreuimus per uos[16] impleri cupimus. Tunc formam in ceteris cognitionibus[17] que sit sequenda perscripsimus. Nulla igitur presumptione statum parrochiarum qui perpetue etatis firmitate durauit patimur immutari[18] quia neque negligentia pontificis neque temporalis [36va] abiectio[19] que per incuriam forte generatur nec ignauia faciente consensus[20] nec[21] surripiente supplicatione preceptio diuellere potest semel dyocesim constitutam, ex qua[22] semper ad regenerationem atque consignationem plebs deuota conuenit[23].

*JK 713; CB Gel. 38a; ID 3.97; C 16 q 3 c 5 has further sentence*

---

[5] confusio CKNBZOHQ; confessio A
[6] nasiretur *corr. fr.* -irretur A
[7] etiam CKDBZOHA; in N
[8] *ss* P
[9] temeritas CKNBZOHQ; temeritatis A
[10] posse CKNBZOHQ; post se A
[11] *corr. from* generali K
[12] scel. suo CRKNPZOHA; suo scel. B
[13] *corr. from* pertinanciam K
[14] -tos *ss* B
[15] -n- *ss* K
[16] *corr. fr.* nos O
[17] cognitionibus CKDBZOHA; cogitationibus N
[18] immutari KNBZOHQ; immitari A; ? C
[19] abiectio CRXSKNBP; obiectio ZOHQ; obiecto A
[20] fac. cons. LRXSWKNBVPZOHQA; cons. fac. C
[21] nec CKNBZOHQ; ne A
[22] qua CRXWBPZOHA; quo K?N?D
[23] conuenit CKDBZOHA; consistit N

## 26

*Martyrio et Iusto episcopis. De his qui alieno iuri debiti absque[1] dominorum suorum licentia[2] clerici fiunt uel etiam[3] ordinantur[4]*

Auctores[5] siquidem[6] illustris uiri filii nostri Amandiani grauiter conqueruntur homines suo iuri debitos[7] alios[8] adhuc clericos, alios iam diaconos[9] ordinatos cum[10] non solum post modernum quod tantorum collectione pontificum sub omnium saluberrime prouisionis assensu constat esse perfectum. Huiusmodi[11] personas suscipere non debere,[12] uerum etiam si qui[13] forte in diuine[14] cultum[15] militie ante

---

[1] *ss* CB
[2] dom. suorum lic. CKDB; lic. dom. suorum N
[3] etiam CKDB; *om.* N
[4] Mart. - ep. De - ord. CXKNBP; Gelasius Martirio et Iusto episcopis *in text* ZOHA
[5] Auct- CKNBPOHQA; Act- Z
[6] *corr. fr.* quidem Z
[7] *corr. fr.* ded- N
[8] alios CKNBZOHQ; alio A
[9] iam diac. CKDBZOHA; diac. iam N
[10] cum CKNBZOHQ; et A
[11] concilium ? *ss* K; Huius R
[12] susc. non (*ss* Z) deb. CRXBPZOHA; non deb. susc. KND
[13] si qui CXKD$^2$BPZOH*; si quis ND; sequi Q(*before* uerum etiam)A
[14] diuine CKNBZOHQ; diuitie A
[15] -tum CRXBZOHA; -tu KND; clutum P

fuerint ignorantia faciente suscepti eliminare[16] prorsus et exutos religioso priuilegio ad dominorum possessiones iusta[17] debuerint[18] ammonitione compelli. Et ideo fratres karissimi eos quos supradicti uiri auctores[19] in clericatus[20] officio monstrauerint attineri discussos et obnoxios ac probatos custodito legum tramite sine intermissione[21] restitue ita[22] ut[23] si quis iam presbiter repperitur in eodem gradu peculii sola amissione permaneat[24], diaconus uero aut[25] uicarium prestet aut si non habuerit reddatur[26]. Residua officia sciant neminem posse ab[27] obnoxietate si conuincitur uindicari[28] quatinus hoc ordine[29] custodito nec dominorum iura nec priuilegia ulla ratione turbentur.
*JK 651; Thiel 1.386; CB Gel. 15; ID 6.353; IP 3.164; D 54 c 9b*

[16] -i *ss* K
[17] iusta RXKNBPZOHA; iuxta C
[18] -u- *ss* A
[19] auct- CKNBOHA; act- Z
[20] in clericatus CLRSKNBZO²HA; indicatus X
[21] permaneat diaconus *add.* A ( *cf. below* )
[22] restitue (*corr. to* -uite V²) ita LWKNBPZGOHA; restituite C
[23] uica ? *add.* A
[24] tramite sine int. – permaneat *in cramped hand, partly over erasure, partly in mg.* C; tramite - si quis iam *om.* RX; *as text* LSNBPZOHA
[25] aut CKNBZOHQ; ut A
[26] *Enlarged* R *at beginning of new line* C
[27] *ss* V
[28] uindicari *corr. to* -are K
[29] *ss* O

## 27

*Gelasius Erculentio, Stephano et Iusto episcopis de eodem[1]*

Nuper[2] etenim[3] actores[4] illustris femine Placide[5] petitorii oblatione conquesti sunt. Sabinum[6] Marcellianensis[7] siue Cusilinatis urbis antistitem Antiochum[8] seruum iuris patrone sue[9] absentis domine occasione captata ad presbiterii honorem usque perductum eiusque fratrem Leontium clericalis [36vb] officii priuilegio decorasse. Et ideo fratres karissimi inter supradictos actores[10] et eos qui conditionis extreme repetuntur obiectam cognitionem uobis nostra auctoritate deputamus, ut omni ueritate discussa, si reuera obiectam sibi maculam iusticie[11] refragationis non potuerit[12] ratione diluere. Leontium clericum[13] quem gradus prefinitus legibus non defendit ad sequendam cognitionis sue necessitatem modis omnibus redibete[14]. Antiochum uero quia per sacerdocium non iam potest retolli, si in suam ecclesiam in hoc in quo est honore desiderat collocare[15], non uelut redditum sibi sed habeat pro ministeriorum celebratione susceptum.

[1] de eodem (eidom P) CXKNB; *om.* ZOHA
[2] Nuper CKNBZOQA; Super H
[3] etenim CRSKNBZOHA; enim LX
[4] actores CLRXSD²K²Z; auctores KNDBVOHQA; aciores P
[5] -ide CRXKNBP; -idie ZOHQ; -id A
[6] Sabinum CKDBZOHA; sibi num N
[7] Marcellianensis CRXBPZOHA; Marcelliensis KND
[8] -h- *ss* N
[9] *corr. fr.* siue O
[10] actores CRXSVPZ; auctores KNDBOHA
[11] iusticie LRXSWKNDBVPZOHA; iuste CK²
[12] potuerit CLBVPZOHQA; potuit W; potuere RXSKND; potuerint K²
[13] -icum CKNBZOHQ; -icus A
[14] -ete CRXND²BZOHA; -ite KDP
[15] *corr. to* -ari K

*JK 653; Thiel 1.388 ep. 21; CB Gel. 17a has another sentence at beg., and has no* Iusto *in address. It is in Ars. 713; ID 6.354; IP 3.165; D 54 c 10b*

**28**

*Rufino et Aprili episcopis. Item de eodem*[1]

Quis enim aut leges principum aut patrum regulas aut admonitiones modernas dicat debere contempni nisi[2] qui[3] impunitum sibi tantum[4] estimet transire commissum? Actores[5] siquidem filie nostre illustris et magnifice femine Maxime petitorii nobis insinuatione conquesti sunt Siluestrum atque Candidum originarios suos[6] supra constitutiones que supradicte sunt etiam[7] contradictione preeunte a Lucerino[8] pontifice diaconos ordinatos. Et ideo fratres karissimi tante preuaricationis excessus noueritis sagacius inquirendos[9]. Et si constiterit querelam ueritate fulciri, continuo qui contradictione preeunte non legitime sunt creati a sacris officiis repellantur.

*JK 658; CB Gel. 22; ID 6.104, 4.179 (first two lines only); IP 2.150 as ID 4.179; D 54 c 11*

[1] Ruf. - episc. Item de eodem CXKNBP; Gelasius Ruf. et Apr. episcopis ZOHA
[2] nisi C²LSWKNBVPZOHA; *om.* CRX
[3] per *add. and canc.* O
[4] sibi tantum CKDBZOHA; tantum sibi N
[5] Act- CXKNZ; Auct- BVPOHA
[6] orig. suos CKNBZO; suos orig. (orign- H, origen- Q) HQA
[7] etiam CKDBZOHA; et N
[8] *corr. fr.* Lucerno H
[9] *corr. fr.* req- Z

**29**

*Iusto episcopo. Vt si de spaciis de quibus memoratur orta contentio diffinitio certa processerit*[1] *intemerata seruetur. Si autem nichil constiterit terminatum. pars que fidit prebeat sacramentum*[2]

Dilectio tua studeat quesita omnium[3] fideliter rerum[4] ueritate ut si de spaciis de quibus memoratur orta contentio diffinitio dudum certa processit intemerata seruetur. Alioquin si nichil unquam constiterit terminatum. [37ra] nunc[5] de[6] perscriptione temporum si qua pars fidit prebeat sacramentum ut tamen que hactenus possedisse probabitur[7] iusiurandum sinatur offere.

*JK 659; CB Gel. 23; ID 6.105, 3.135; IP 2.69; C 16 q 3 c 7*

[1] processerit CLRXSBP; processit KNDV
[2] Iusto ep. Vt - sacramentum CLRXSKNDBVP; Gelasius Iusto episcopo ZOHA
[3] ques. omn. CKDBZOHA; omn. ques. N
[4] fid. rer. *corr. to* fidelium firmiter D
[5] nunc CRND²BZOHA; tunc K; non D
[6] *corr. fr.* per O
[7] probabitur CNDBZOHA; probarint *corr. to* ea probauerit K

**30**

*Victori episcopo. De his qui ad presbiterium uenire detrectant*[1]

Consulit[2] dilectio tua de suorum promissione clericorum, perhibens quod[3] diaconi ad presbiterii gradum quo ecclesiam tuam commemoras[4] indigere uenire detrectent[5]. Quapropter quia inuitos fieri ecclesiastica moderatio grauitasque non patitur. ut[6] ex

[1] Vict. ep. De - detr. CXKNBP; Gelasius Victori episcopo ZOHA
[2] Consulit CRNDBZOHA; Consuluit K
[3] quod CKDBZOH; quia N; q' A
[4] commemoras LRXSKNBVPZOHA; commemorans C
[5] *corr. from* -ant C
[6] non *add.* A

nolentibus sint uolentes ordinatio potest illa perficere. quia scilicet[7] si quos habes[8] uel in accolitis uel in subdyaconibus maturioris etatis et quorum sit uita probabilis, hos in presbiterium studeas promouere.
*JK 668; CB Gel. 27a; ID 6.106; D 74 c 9*

[7] scilicet CNBZOHA; sane K
[8] habes CRKDBZOHQ; homines N; haberes A

**31**

*Palladio episcopo. De eo quod[1] sicut ad sacerdocium ecclesiastica disciplina debiles corpore non patitur uenire, ita et si quis in eo actu fuerit constitutus ac fuerit sauciatus amittere non potest quod sanus accepit[2]*

Precepta canonum quibus et ecclesiastica regitur disciplina[3] sicut ad sacerdocium debiles corpore non patiuntur[4] uenire ita et si quis[5] in eo actu[6] fuerit constitutus ac fuerit sauciatus[7] amittere non potest quod[8] tempore sue sinceritatis accepit. Stephanus siquidem[9] presbiter petitorio nobis defleuit oblato[10] quod[11] habebatur in subditis olim sibi ante annos plurimos collatam presbiterii dignitatem. Quam reuera immaculati corporis iudicio suscepisset[12] sed nuper propter prouincie[13] uastitatem quam Tuscie pre omnibus barbarorum diuersa sectantium et ambiguitas inuexit animorum cum imminentes gladios euadere fuge presidio niteretur. acutis sudibus[14] occurrentia sibi septa transiliens inferiores partes corporis inseruisse[15] suggessit, que uix adhibita curatione biennio potuisset abstergi. Et ideo frater karissime[16] supradicto locum suum[17] dignitatemque[18] restitue, quatinus sacrosancta mysteria[19] [37rb] sicut consueuit exerceat. Nec enim conuenit ob hoc auferri[20] ante susceptum ordinem in quo postmodum inualitudinem corporis casu[21] probatur faciente collapsus.
*JK 706; CB Gel. 31; ID 6.107; IP 3.55; D 55 c 12*

[1] quod CKDB; quia N
[2] Pall. ep. De - accepit CXKNDBP; Gelasius (-agius H) Palladio episcopo ZOHA
[3] reg. disc. LRXKNBVPZOHA; disc. reg. C
[4] patiuntur CRKNB; patitur ZOHA
[5] ita et si quis CKD²BZOHA; quia et si N; ita et D
[6] actu CKNBZHA; auctu O
[7] *corr. fr.* sac- Z
[8] quod CKDBZOHA; quia N
[9] siquidem CKNBZOHQ; quidem A
[10] obl- CKNBZOHQ; abl- A
[11] quod CKDBZOHA; quia N
[12] -isset CNDBZOHA; -isse K
[13] uincie A
[14] sudibus LRXSKNBVPZOHA; subdibus C
[15] *corr. fr.* -isse H
[16] -ime CKNBZOHQ; -imi A
[17] *ss* O
[18] *add. in lower mg.* B
[19] -eria CKNBZOHQ; -erio A
[20] *corr. fr.* -erre A
[21] *corr. fr.* ausu A

**32**

*Gerontio et Petro episcopis. De uiduarum causis ab episcopo[1] impensius exequendis[2]*

Licet omnibus[3] de[4] nobis[5] sperantibus non debeamus in quantum possumus nos negare, plus tamen uiduarum causas et impensius ducimus exequendas quas[6] tueri a nobis uel ab omnibus diuina manifestat assertio.

[1] -opo CLRXSBVP; -opis KND
[2] Ger. - ep. De - exeq. CRXKNDBVP; Gelasius Gerontio et Petro episcopis ZOHA

*JK 707; CB Gel 32; +D 87 c 1*

---

[3] *ss* C
[4] *ss* L[2]
[5] nobis CKDBZOHA; uobis N
[6] quas CKNBZHA; quam O

**33**

*Fabiano episcopo. De baptizandis et de his que[1] in die dedicationis offeruntur[2]*

Nec[3] enim numerus baptizandis iuste creditur imponendus. cum quanti petierint uel ad regenerationem festinauerint[4] non sint pro alterius uoluntate pellendi. Et ideo frater karissime superfluam constitutionem modis omnibus remouebis. ut unusquisque aut in[5] uicina sibi ecclesia aut in electa pro sue mentis baptizetur arbitrio. Cathedraticum etiam non amplius quam uetusti moris esse constiterit. ab eius loci presbitero noueris exigendum. Et de his[6] que die dedicationis fuerint offerentum[7] deuotione collecta. consuetudinem que generaliter omnibus ecclesiis est prescripta seruabis.
*JK 710; CB Gel. 35* (Sabino)*; ID 1.56 to* arbitrio (Sabino)*; C 10 q 3 c 5* (Fabiano*)*

---

[1] que CLRXSBV; qui KNDP
[2] Fab. (Sab- BV(*before corr.*)P) ep. De - off. CLRXSWKNDBVP; Item Sabiano (Fabiano A; Sabino Z) episcopo ZOHA
[3] Nec CKDBZOHQ; Hec N; Neu A
[4] -auerint CKNBZHA; -arint O
[5] *ss* H
[6] his CRKNBOHQ; iis ZA
[7] -entum CRSKBZOHA; -entium XND

**34**

*Bonefacio episcopo. De seruis ad[1] ecclesiam fugientibus[2]*

Metuentes dominos famuli[3] si ad ecclesie septa confugerint intercessionem debent querere non latebras ne[4] hec ipsa presumptio tarditatis temeritatem augeat renitendi. Filius etenim noster uir spectabilis Petrus queritur seruum suum[5] in ecclesia sancti Clementis diutius commorari, cui cum deputasset sacramenta prestari illum egredi nulla ratione uoluisse. Et ideo directus supradicti homo de presenti cum eo quem elegeris esse mittendum[6] cum de impunitate eius sacramenta prebuerint eum statim facies ad dominum suum modis omnibus remeare. Aut si in hac peruicacia forte extiterit post sacramentum sibi prestitum reddatur inuitus. [37va]
*JK 711; CB Gel. 36; ID 3.115, 16.68; +C 17 q 4 c 32*

---

[1] ad CKDB; ab N
[2] Bon. ep. De - fug. CXKNDBP; Gelasius Bonefacio episcopo ZOHA
[3] famuli C[2]LRXSKNBPZOHA; *om.* CR
[4] ne CKNBZHA; nec O
[5] *ss* S[2]
[6] mitt- CKNBZHA; nit- O

**35**

*Vniuersis episcopis per Dardaniam. Quod iura ecclesiarum non sint turbanda, ac[1] priuilegia que metropolitanis uel prouincialibus episcopis decreuit antiquitas non sint[2] frangenda[3]*

Quia per ambitiones illicitas non[4] pudet quosdam ecclesiarum iura turbare ac priuilegia que[5] metropolitanis uel prouincialibus episcopis decreuit antiquitas temeraria presumptione peruadere. propter quod etiam communionis apostolice desiderant tenere discidium, quod[6] scilicet[7] ab eius auctoritate diuisi, uel impune proprias[8] usurpationes exerceant, non respicientes quia eterno iudici rationem tam de[9] catholice sinceritatis iniuria quam de[10] traditionum preiudiciis paternarum non sine perpetue sint dampnationis interitu reddituri, si in hac obstinatione permanserint, caritatem uestram duximus instruendam, ut uos omnes in commune fratres per Dardaniam siue[11] per contiguam quamque prouinciam constituti, qui uos sub metropolitanis uestris esse meministis, et ab hisdem[12] substitui[13] decedentes[14], sicut uetus consuetudo deposcit unanimiter studeatis antistites et uicissim si metropolitanus[15] humane conditionis sorte recesserit a prouincialibus episcopis sicut forma transmisit sacrari[16] modis omnibus censeatis, neque sibi quemquam quod uobis antiqua dispositione concessum est patiamini uendicare[17], quatinus inter ipsas aduersantium uoluntatum procellas regulas ueterum nullatenus custodire cessetis[18], sicut persecutionum tempore[19] diuersarum patres nostros constanter fecisse non dubium est.

*JK 716; CB Gel. 41; +D 64 c 6*

---

[1] a P
[2] sint CRXWBV[2]P; esse S[2]KNDV
[3] Vniu. - Dard. Quod - frang. CRXKNDBVP; Idem uniuersis episcopis per Dardaniam ZOHA
[4] non C[2]LSKNBPZOHA; *om.* CRX
[5] *ss* Z
[6] quod CKDBZOHA; quia N
[7] scilicet CNBZOHA; sane K
[8] *corr. from* propriis KD
[9] *ss* N
[10] *ss* B[2]
[11] siue CKNBZOQ; seu HA
[12] isdem Z
[13] substitui CKNBZOQA; sustitui *followed by an erasure* H
[14] deceden N
[15] -anus CKDBZOHA; -anis N
[16] sacrari CKDBZOH; *om.* N; sacri *and lacuna* A
[17] uend- CXKNB; uind- ZOHA
[18] cessetis CRKNBZOA; censetis HQ
[19] *ss* C

**36**

*Cresconio Iohanni Massale episcopis. Quod decessorum statuta si iusta sint[1] seruanda sunt, si[2] iniusta corrigenda[3]*

Decessorum[4] statuta sicut legitima et iusta successorem[5] custodire[6] conuenit. ita debet etiam malefacta[7] corrigere.

*JK 717; Dd 3.110; CB Gel. 42a; C 25 q 2 c 19*

---

[1] si iusta sint CXKDB; si iusta sunt N; *one obscure word* P
[2] *ss* V
[3] Cresc. - ep. Quod - corr. CRXKNDBVP; Gelasius Cresconio, Iohanni, Massale episcopis ZOHA
[4] Pec- N
[5] cum *add.* A
[6] cessetis *add. and canc.* Z
[7] malefacta CKDBZOHA; maleficia N

### 37

*Maximo et Clero episcopis. Quod nichil perit in ecclesiasticis utilitatibus si aliena reddantur*[1] [37vb]

Nichil perire credimus ecclesiasticis utilitatibus si[2] que sunt aliena reddantur.

*JK 719; Thiel 1.499; CB Gel. 44*

[1] Max. - ep. Quod - redd. CRXKNBP; Maximo et Clero episcopis ZOH(*mg.*)Q[2](*mg.*); *om.* QA. HQA *make no break, running it into c.36; cf c.38 below*

[2] *ss* A

### 38

*Theodorico regi. De legibus principum que in negociis hominum custodiuntur circa reuerentiam beati Petri multo magis custodiendis*[1]

Certum est magnificentiam uestram leges principum Romanorum quas in negociis hominum custodiendas esse precepit, multomagis circa reuerentiam beati Petri apostoli pro sue felicitatis augmento uelle seruari.

*JK 722; CB Gel. 47; ID 4.180; IP 2.151; D 10 c 12*

[1] Theod. regi. De - cust. CRXKNBP; Theodorico regi ZOHQ; Teodebrico regi, Maximo et Clero episcopis A (*cf. c 37*)

### 39

*Maiorico et Iohanni episcopis. De sacramento integre percipiendo*[1]

Comperimus autem quod[2] quidam in eadem regione sumpta tantum corporis sacri[3] portione a calice sacrati cruoris abstineant. Qui procul dubio quoniam nescio qua superstitione docentur[4] obstringi aut integra sacramenta percipiant, aut ab[5] integris arceantur[6] quia diuisio unius eiusdem[7] mysterii sine grandi sacrilegio non potest prouenire.

*JK 725; CB Gel. 48b; ID 2.89; De cons. D 2 c 12*

[1] Mai. - ep. De - perc. CRXKNBP; Gelasius [Gelis O] Maiorico et Iohanni episcopis ZOHA

[2] quod CKDBZOHA; quia N

[3] sacri CKDBZOHA; *om.* N

[4] *corr. fr.* doceantur Z

[5] ab CKNBZOHQ; *om.* A

[6] *corr. fr.* percipiantur O

[7] -que *add. ss* K

### 40

*Anastasio. De desolatis auxilio*[1] *proprie defensionis et de his qui pro infirmitate etatis suis*[2] *actibus prodesse non possunt*[3]

Desolatis[4] proprie defensionis auxilio et qui suis actibus prodesse[5] pro etatis infirmitate non possunt exoratum decet pontificem subuenire quia pupillis tuitionem etiam diuinitas iussit impendi, et ideo Maximo et Ianuario clericalis officii qui se solaciis[6] parentum uel propinquorum asserunt destitutos[7] auxilium ex nostra

[1] -u- *ss* N

[2] suis CLRXSWBP; sue KND

[3] An. De - possunt CXKNDBP; Gelasius Anastasio ZOHA

[4] De desolatis B

[5] prodeesse A

[6] solaciis CKNBZOHQ; solatii A

[7] destitutos CKNBZOHQ; destitos A

delegatione prestabis ut aduersus improbitates aduersariorum suorum protecti tue executionis annisu noxia commenta non sentiant.
*JK 726; CB Gel. 49; +D 87 c 2*

**41**

*Crispino et Sabino episcopis. De libertate clericis dominorum benignitate concessa[1] per oppressionem heredum non[2] auferenda[3]*

Siluester et Faustinianus ecclesie Grumentie clerici lacrimosa nobis insinuatione conquesti sunt libertatem sibi domini sui benignitate concessam heredum eius [38ra] oppressione pulsari seque in clericatus officio pene ab incunabulis seruientibus etiam manumissore[4] uiuente in eodem actu nichilominus constitutis[5] diuinis ministeriis[6] impendere seruitium non licere, cum[7] si peticionem ueritas subsequatur contra patris et actoris[8] sui factum uenientibus ut indignis hereditas legibus[9] auferatur. nec eis liceat hereditatem capientibus contra actoris[10] sui[11] prosilire iudicium. Et ideo fratres karissimi quoniam se etiam ab archidiacono predicte ecclesie queruntur oppressos qui per eorum absentiam moderatoris iudicium promisit eos esse sequuturos. calcatis omnibus et que contra leges diuinas et publicas pulsatis forum suum putauit auferri in[12] uestro iudicio. Qui si ille clericum[13] lacessit aduenlat ut ecclesie iura que uetusti principes assidua sanctione firmarunt impetitis clericis non negentur.
*JK 727; CB Gel. 50; ID 6.108; +C 11 q 1 c 13*

---

[1] ben. con. CKDBP; con. ben. N
[2] non CKDBP; *om.* N
[3] De - auferenda CXKNDBP; *om.* ZOHA
[4] -ore CKNBZOHQ; -iore A
[5] constitutis CKDBZOHA; *om.* N
[6] ministeriis CKDBZOHA; misteriis N
[7] cum CKNBZHA; eum O
[8] act- CRXKNVPZ; auct- BOHA
[9] her. leg. CKDBZOHA; leg. her. N
[10] act- CRXKNVPZ; auct- BOHA
[11] sui CNDBZOHA; suis K
[12] in CKNBZOQA; non H
[13] -icum CKNBZOHQ; -icus A

**42**

*Zeie comiti. De his qui clericos per uiolentiam opprimunt[1]*

Christianis[2] gratum semper debet esse quod ab eorum poscitur dignitate[3] prestandum quia Deo seruientibus beneficium conuenit non negare. Siluester atque Faustinianus[4] qui se ab incunabulis[5] clericos confitentur a Theodora[6] se opprimi per uiolentiam conqueruntur, quod dicant se ingenuos atque auctore[7] pristine conditionis nexibus[8] absolutos in sortem deterrime iterum seruitutis addici, ac[9] per auctoritatem regiam contra leges publicas cum[10] clericali cingulo olim tenerentur astricti[11] per

---

[1] Zeie comiti. De - opp. CXKNBP; Zeie comiti ZOHQ; *om.* A
[2] *corr. fr.* -ani H
[3] -ate CKNBZOHQ; -atem A
[4] Faustinianus CKNBZOHQ; Faustianus A
[5] *after corr.* H
[6] Theodra N
[7] auctore CRKNBOHA; actore Z
[8] nexibus CKDBZOHA; *om.* N
[9] ac CKNDVPZOHA; aut B
[10] in *add.* K
[11] astricti CKDBZOHQ; constricti N; abstricti A

archidiaconum urbis Grumentine[12] esse conuentos, cum constet eum qui celestem militem pulsat non nisi eius forum debere sectari. Et ideo dilecte[13] depense salutationis affatu supradictos clericos, si ad[14] delegatorum[15] iudicium eorum aduersaria uenire contempserit, sublimitatis tue tuitione uallentur ne quid illis[16] aut [38rb] surreptio aut inimica[17] legibus uiolentia necessitatis imponat, quia qui iudicium refugit apparet eum de iusticia diffisum.

*JK 728; Thiel 1.390; CB Gel. 51; C 11 q 1 c 12*

12 -n- *ss* C
13 dilecte CXKNBV; dilectissime ZH; dil' OQA
14 *corr. fr.* a K; *corr. fr.* d Z
15 offic *add. and canc.* Z
16 illis CKDBZOHA; ultra N
17 -ica CKDBZOHA; -ici N

**43**

*Rustico et Fortunato episcopis. De episcopo quem clerici sui graui necessitate uexari dicebant[1]*

Super[2] Foropopulensis ecclesie clerici una cum Sabino et Pelagio laicis propria suggestione reserarunt[3] presulem suum graui quadam necessitate uexari, cuius eum dicerent[4] incursione frequenter elisum, quod[5] ne[6] scandalum fidelibus uideretur ingerere et ecclesiam Dei ubique positam hac offensione turbare[7], precipue cum eodem ipso uolente huc per[8] se perrexisse firmarent, ad dilectionem uestram scripta direximus ut ecclesie cuius rector tali casu teneretur astrictus[9] uisitationem congruam redderetis[10]. Verum[11] quia nunc idem ipse uenit huc[12] pontifex, falsaque omnia de se iactata disseminat sub diuini contemplatione iudicii, uestreque conscientie estimationisque respectu rerum fide sollertissime perquisita si scilicet[13] aliquando uel in domo uel in[14] processione uel in aliquo[15] quocumque loco probatur repente collapsus uocesque dedisse confusas et spumas ore iactasse, quanta fieri potest examinatione queratur, quod tamen siue aliquorum possit factum[16] testificatione firmari siue nunquam contigisse dicatur, non putandum est posse[17] sufficere sed certum[18] manifestumque documentum quia[19] de tanta re non segnius agendum est[20]. faciat rem tua dilectio[21] frater Rustice sui moris, et aptam magno pontifici ut eum uel

1 Rust. - ep. De - dicebant (-bat P) CXKNBP; Gelasius Rustico et Fortunato episcopis ZOHA
2 Super CXKNBOH; Nuper ZQA
3 resararunt CRKNBZOH; reserarum Q; reserunt A
4 eum dicerent CRXKNB; cum (*ss* Q) dicerent ZOHQ; ei indicerent A
5 quod CKDBZOA; quia N
6 ne CKNBH; nec ZOA
7 hac off. turbare CXKDB; turbare hac off. N; hac off. turbaret ZOHA
8 per CXKNB; *om.* ZOHA
9 astrictus CKNB; obstrictus ZOHA
10 *corr. from* reddentis O
11 Verum CKNBZHA; Vere O
12 *ss* D; hic B
13 scilicet CNBZOHA; sane K
14 *ss* C
15 aliquo CKNBH; alio ZOA
16 sufficere *add. and canc.* O
17 est posse CRKNVPZOA; posse est B
18 certu O
19 non *add. and canc.* O; *corr. fr.* qua B
20 agendum est CXKNB; est agendum ZOHA
21 tua dil. CKDBZOHA; dil. tua N

xxx diebus tecum esse constituas[22], eumque carnibus indifferenter uti necessaria probatione[23] compellas.
*JK 729; CB Gel. 52 (addressed to* Rufinus, *wrongly); +C 7 q 2 c 2*

[22] esse const. *om. with lacuna* N
[23] probatione CKDBZOHA; bonitate N

**44**

*Leontio[1] et Petro episcopis[2]. Quod subueniendum sit a Romano pontifice his qui eius remedia sperant in suis negotiis[3]*

Quisquis in[4] negociis suis[5] nostri nominis intercessione[6] sperat sibi remedia posse conferri. prona nos conuenit [38va] animositate prestare.
*JK 730; Thiel 1.500 frg. 30; CB Gel. 53; +D 87 c 3*

[1] Leontio CKNBHQA; Leuntio ZO
[2] et Petro ep. *om.* X
[3] Quod subu. - negotiis CXKNBP; *om.* ZOHA
[4] *ss* Z
[5] neg. suis CNDBZOHA; suis neg. K
[6] -ione CKDBZOHA; -ionem N

**45**

*[1]Laurentio. Quod iusta dispensatione sit seruandum testatoris arbitrium[2]*

Consideratio ecclesiastice utilitatis hoc postulat ex iusta dispensatione seruandum testatoris arbitrium.
*JK 731; Thiel 1.500 frg. 29; CB Gel. 54; C 16 q 1 c 15*

[1] Laurentio CRXSKNDBP; *om.* L; Gelasius Laurentio ZOHA
[2] Quod - arbitrium CRKNBP; *om.* ZOHA

**46**

*Iohanni episcopo Viuonensi. De quodam qui ad basylicam confugerat[1]*

Vxor Felicis et filie Romam quia sic oportuit peruenerunt. Siquidem hunc ipsum[2] primum se ad barbarorum basylicam[3] conferentem[4] seque bonas causas habere iactantem egredi sub hac conditione precipimus, ut si actus suos fideliter et rationabiliter[5] allegaret[6], nichil circa eum prorsus asperum fieri durumque pateremur[7]. Alioquin si contra fidem et utilitatem dominicam uenisse probatur ipse sibimet imputaret, atque ordinationi congrue subiaceret, qui superueniente filio nostro uiro spectabili Heortasio[8] sic[9] est ad singula queque[10] conuictus ut os aperire non posset, et uera esse que huic obicerentur uoce propria fateretur[11], ideoque tenetur custodia mancipatus.
*JK 732; CB Gel. 55; ID 16.77; +C 17 q 4 c 33*

[1] Ioh. - Viu. (Yv- KND) De - conf. (fuerat N) CRXKNDBP; Gel' Iohanni episcopo Viuonensi [ Viuoriensi A] ZOHQA
[2] ipsum CKNBZOA; impium H; *om.* Q
[3] basylicam CKDBZOHA; ecclesiam N
[4] conferentem CKDBZHA; perferentem O; conuertentem N
[5] et rat. CKDBZOHA; rationabiliterque N
[6] *corr. fr.* agggaret [*sic*] V
[7] -eremur CKNBZHA; -emur O
[8] Heortasio CLSKNVPZOHQ; Heorrasio R; Heorothasio X; Heorthasio W; Hortasio B; Heorsio A
[9] *corr. fr.* sicut Z
[10] queque CKDBZOA; quoque N
[11] fateretur CKNBZOHQ; fatentur A

**47**

*Maiorico, Sereno et Iohanni episcopis. Quod communione[1] sint priuandi qui humanis legibus calcatis et religione abiecta ecclesiastica priuilegia calcare contendunt[2]*

Qui et humanis legibus in ciuili[3] dampnatione calcatis. et reuerentia religionis abiecta uel ecclesiastica priuilegia calcare contendunt uel ubilibet[4] in pauperum prosilire dispendium, nec huiusmodi saltem commoniti conuictique nequitiam sopire consentiunt atque illata sacris rebus detrimenta sanccire[5] merito diuini muneris sunt participatione priuandi ut huius perceptione careant, quod sacrilegis ausibus habuere despectui.

*JK 733; CB Gel. 56a; Dd 3.116 (pt); ID 3.150, 4.185; +C 12 q 2 c 2*

[1] communione $C^2R^2$XSKNB; commune CR
[2] Mai. - ep. Quod - cont. CXKNBP; Gel' Maiorico, Sereno et Iohanni episcopis ZOHA
[3] *corr. fr.* -ilis H
[4] uilibet N
[5] sanccire CKNB; sarcire ZOHA*

**48**

*Item. Quod non[1] sit eundum contra pontificalia constituta[2]*

Celestinus uero presbiter fratris et coepiscopi[3] nostri Sereni qui contra pontificale iudicium, contraque apostolice sedis mandata prorumpens supradictis communionem[4] sacram ministrare presumpsit cum non potuerit ignorare sententiam proprii sacerdotis ab officio protinus ecclesiastico repellatur, ut nullus ecclesie ministrorum contra pontificalia instituta[5] uenire contendat.

*JK 733; CB Gel. 56b; Dd 3.116; +C 12 q 2 c 24*

[1] *om.* R
[2] Quod - constituta (instituta KND) CLRXKNDBP; *om.* ZOHA
[3] -opi CKNBZOHQ; -opis A
[4] eom- N
[5] instituta CXKNB; constituta ZOHA

**49**

*Fortunato episcopo. Quod irreligiosum sit et execrabile si quisquam in sua tuitione susceptos fideliter et sancte non educauerit[1]*

Inreligiosum[2] prorsus et execrabile iudicamus[3] si quisquam uel extraneus in sua tuitione susceptos non omni fide et tota[4] animi sui educauerit sanctitate. Ac[5] cum Olimpius diaconus dilectionis tue Felicis atque Olimpii suggeratur auunculus eosque paruulos tutele uice susceperit nutriendos ultra latrocinium esse iudicamus quod eos honusculis[6] parentum sicut asserunt reliquit extorres, alia retinendo alia contra leges et iura uendendo.[7]

*JK 734; Thiel 1.501 frg. 33; CB Gel. 57; ID 6.109; +D 87 c 5*

[1] Fort. ep. Quod - educ. CX(*after corr.*)KNBP; Gelasius Fortunato episcopo ZOHA
[2] -sum CKNBOHQA; -sus Z
[3] iud- CK?NBZOH; ind- QA
[4] *corr. from* tata A
[5] Ac CWND?BPZHQA; At $KD^2$O
[6] hon- CRXSKN; honusculus W; bon- LBVZOHQA; *illeg.* P
[7] uendendo LRXSWKNBVPGZOHA; seruiendo (uel uend. *ss*) C

## 50

*Helpidio episcopo. Vt quilibet nisi pura conscientia ad sacrosanctam religionem non audeat peruenire*[1]

Sacrosancta religio que catholicam continet disciplinam tantam sibi reuerentiam uendicat[2] ut ad eam quilibet nisi pura conscientia non audeat peruenire. Nam quomodo ad diuini mysterii consecrationem celestis spiritus inuocatus adueniet si sacerdos et qui eum[3] adesse deprecatur criminosis plenus actionibus[4] reprobetur?

*JK 735; Thiel 1.486 frag. 7; CB Gel. 58; ID 2.90, 6.110; +C 1 q 1 c 92*

[1] Help. ep. Vt - peru. CXKNBP; Gelasius Helpidio (Helc- H) episcopo ZOHA
[2] uend- CXKNBP; uind- ZOHA
[3] *an erasure here* Z
[4] actionibus CKNBZOH; actibus Q; *om.* A

## 51

*Epyphanio episcopo. Vt qui ecclesias uiolasse perhibentur, accessu earum indigni iudicentur*[1]

Ad episcopos ceteros direximus iussionem ut eos qui ecclesias uiolasse perhibentur accessu earum iudicent esse non dignos.

*JK 736; Thiel 1.504 frag. 39; CB Gel. 59; ID 3.119; +C 17 q 4 c 11*

[1] Ep. ep. Vt - iudic. CXKNBP; Gelasius Epiphanio episcopo ZOHA

## 52

*Victori, Constantino, Martyrio, Felicissimo. Sereno et Timotheo episcopis. De his qui ad ecclesiam confugerint non absque sacerdotis licentia retrahendis*[1]

Frater et coepiscopus noster Epyphanius sua [39ra] nobis relatione suggessit Benenatum et Maurum Beneuentane municipes ciuitatis in contumeliam religionis acerba nimis et plectibili[2] contumatia prosilisse[3] qui confugientem ad ecclesie[4] septa curialem suum ne[5] illic quidem[6] tutum aut de iniuria sua securum esse siuerint[7] ausi irruptione temerarie mentis admittere quod[8] nec potestatibus quidem[9] uel principibus[10] unquam licuit penetrare[11], ut hominem in sanctuariis constitutum captata sacerdotis absentia reluctantem, reclamantemque uiolenter abstraheret[12], quos quantum sua nobis suggestione patefecit merito indignos esse sacra communione iudicauit. Et si reuera tanti facinoris constat admissum nostra etiam auctoritas in hac parte consentit. Nec enim iure[13] ad supplicandum debet admitti ubi admittere sacrilegium non uetauit[14]. Nullus etenim intra limina tante uenerationi deputata

[1] V. C. M. F. S. et T. episcopis (ep. *om.* C?). De - sac. lic. (lic. sac. P) retr. CXKNBP; Gelasius V. C. M. F. S. et T. episcopis ZOHA
[2] et plectibili CKNBZOHQ; inplectibili A
[3] -lisse CKNBZOA; -luisse HQ
[4] *corr. from* ecclesia C
[5] *corr. from* nec O
[6] quidem CKDBZOH; quid N; quod Q?A
[7] siuerint CXSK$^2$D$^2$BV$^2$ZOHA; sciuerint LRVP; fuerint W; ? K; si fuerint ND
[8] quod CKDBZOHA; quam N
[9] quidem CKNBZOH; quod Q?A
[10] principibus CKDBZOHA; principalibus N
[11] penetrare CRKDBVPZOHA; perpetrare K$^2$ND$^2$
[12] -et LRXSKNDBVPZOHA; -ent CK$^2$
[13] iure *before* debet KND
[14] .me.uit N

utrumque sibi licere existimat[15] pro sue uoluntatis arbitrio ut et humilitatem[16] sibi uendicet[17] et furorem. Et ideo fratres karissimi supradictos si manifesta reos facit conquestio ab omnibus parrochiarum uestrarum[18] ecclesiis nostre preceptionis auctoritate prohibete ut non solum hii[19] qui in[20] iniuriam sanctorum[21] locorum prosiluisse probantur[22], merito consequantur pro facti sui qualitate uindictam, uerum etiam ceteri[23] a tali presumptione ultionis istius timore reuocentur.
*JK 737; Thiel 1.504 frg. 40; CB Gel. 60; ID 3.120; +C 17 q 4 c 10*

---

[15] -at LRXSKNDBVPZOHA; -et CK[2]
[16] humilitatem CKNBZHA; uoluntatem O
[17] uend- CXKNBP; uind- ZOHA
[18] uestrarum CRSBPZOHA; nostrarum XKND
[19] hii CKNBH; ii ZOQA
[20] in C[2]LK[2]D[2]BV[2]ZOH; *om.* CRXSKNDVPA
[21] *corr. from* eorum sanctorum O
[22] probantur CXKNB; probabuntur ZOHA
[23] *om.* B

## 53

*Honorio[1] episcopo. Quod pia sollicitudo episcopi commodis egentium non sit neganda[2]*

Diuine retributionis memor ad pontificalem conscientiam pertinere non ambigas, egentium commodis piam sollicitudinem non negare.
*JK 738; Thiel 1.499 frg. 28; CB Gel. 61a; +D 87 c 4*

---

[1] Honorio CRNDB; Honori K
[2] Hon. ep. Quod - neganda CRXKNBP; Gelasius Honorio episcopo ZOHA

## 54

*De quodam seruo ecclesie qui ausu temerario molitus fuit[1] condere paginam testamenti[2]*

Illud etiam sinceritatem tuam uolumus non latere ad nos fuisse perlatum [39rb] quod[3] ampliatus conductor quem non solum seruum constat ecclesie[4] sed ita rationibus a multis temporibus implicatum ut[5] etiam si esset ingenuus donec raciocinia[6] cuncta deduceret[7] modis omnibus obnoxius haberetur[8], ausu temerario molitus fuerit[9] paginam condere testamenti. cuius omne peculium ecclesiastico iuri[10] legibus non dubitetur obstrictum. Quapropter his presumptionibus uice nostra tua[11] fraternitas contradicat nec fieri prorsus aliqua surreptione permittat. Ac si eidem quicquam humanitus forte[12] contigerit. quia grandeuus esse memoratur. mox eius sine dilatione substantiam[13] precipiat unanimitas tua filiis eius dumtaxat quibus patrimonium probatur esse commissum sub fideli descriptione contradi. donec

---

[1] fuit CKDB; est N
[2] De - test. CXKNDBP; Item ZOHA
[3] quod CKDBZOHA; quia N
[4] const. ecc. *after corr.* Z
[5] *ss* B
[6] -cinia CKDBZOHA; -nicia N
[7] *corr. from* -ent A
[8] obnoxius haberetur C[2]LD[2]BVPZOHA; haberetur CRXSKD; haberetur obnoxius N; astrictus *in mg.* K[2]
[9] fuerit CKDBZOHA; sit N
[10] *corr. to* iure K
[11] tua nostra *later reversed* K
[12] *partially obscured*, forte *in mg.* K
[13] substantiam CKDBZOHA; superbiam N

temporibus uniuersis quibus hoc patrimonium[14] gubernasse cognoscitur partes dominicas reddere cogatur indempnes.
*JK 738; Thiel 1. 499 frg. 28; CB Gel. 61b; ID 16.111; C 13 q 2 c 5*

[14] probatur esse comm. – patrimonium *in mg.* X[2]

**55**

*Gerontio, Iohanni, Germano et Petro. De culpa non iterum punienda[1]*

Si illic ubi hec acta sunt presentibus utrisque constiterit et satisfecisse Stephanum et supplicatione suscepta eum qui male tractatus est ignouisse, semel in abolitione missa punitio recidiuo[2] dolore non debeat iterari, diuine scilicet[3] imitatione clementie que dimissa peccata in ultionem redire[4] non patitur[5]. sin[6] uero nichil uel[7] de satisfactione probabitur uel de remissione transactum, dilectionis uestre sermone monstretur quatinus siue nunc[8] saltem potuerit competens satisfactio prouenire, illud potius exeratur[9] ubi animum sanare possit afflicti siue inremissibilis prestat acerbitas ibidem nichilominus uindicetur, ubi plectibilis orta est[10] presumptio.
*JK 739; Thiel 1.507 frg. 44; CB Gel. 62; C 23 q 4 c 29, De cons. D 4 c 24*

[1] G. I. G. et P. De - pun. CXKNBP; Gel' G. I. G. et P. ZOHA
[2] -diuo CKDBZOHA; -duo N
[3] scilicet CRBPZOHA; sane K; sed N; .s. D
[4] in ult. red. CKDBZOHA; red. in ult. N
[5] -itur CKNBZOHQ; -iatur A
[6] sin CKDBZOHA; si N
[7] uel CKDBZ[2]OHA; *om.* NZ
[8] nunc CKNBZOHQ; non A
[9] exeratur CRXKNVPZOHQ[2]A; exerceatur DQ; execratur B
[10] orta est CRKNBP; est orta ZOHA

**56**

*Iustino archidiacono et Fausto defensori. De rebus ecclesie in quatuor partes diuidendis[1]*

Vobis enim et fame uestre consultum [39va] duximus ut pontificis uestri loco uobiscum ab eodem aliquid[2] subrogetur qui eius nomine pariter uniuersa[3] disponat quatinus omnia predia ad uestrum reuocetis[4] studium, ne cuiquam clerico pro portione sua solum aliquod[5] ecclesie putetis esse deputandum, ne per incuriam negligentiamque minuatur, sed omnem pensionis summam ex omnibus prediis[6] rusticis urbanisque collectam ad antistem deferatis. Ex qua tamen collectione[7] habeatur ratio quid ad causas uel expensas[8] accedentium necessitatum opus esse perspicitur ut de medio sequestretur[9] et quatuor portiones uel de[10] fidelium oblatione uel de hac[11] fiant modis omnibus pensiones, ita ut unam sibi tollat antistes, aliam clericis pro suo iudicio et electione disperciat, terciam pauperibus sub omni

[1] I. arch. et F. def. De - diu. CXKNBP; Gel' Iustino archidiacono et Fausto defensori ZOHA
[2] aliquid CLRXSKNDBVPZOHA; aliquis C[2]K[2]D[2]
[3] par. uni. CNDBZOHA; uni. par. K
[4] re- *ss* C
[5] aliquod CLKN?BV[2]PZOA; aliquid RXSK[2]D[2]VHQ
[6] *ss* V[1]
[7] collectione CKNBOHQA; collatione Z
[8] uel expensas C[2]LKNBZOHA; *om.* C; ut expensas RXS
[9] sequestretur CKDBZOHA; sequeretur N
[10] de CKDBZOHA; *om.* N
[11] *corr. fr.* hanc K

conscientia faciat erogari. fabricis uero que competit ad ordinationem pontificis erogatione uestra decernimus esse[12] pendendam. Si quis[13] forte sub[14] annua remeabit expensa, electo idoneo ab utraque[15] parte custode condatur[16] enthecis, ut si maior emerserit fabrica, sit subsidio quod[17] diuersi temporis diligentia potuerit[18] custodiri, aut certe ematur possessio que utilitates respiciat communes.
*JK 740; Thiel 1.498 frg. 24; CB Gel. 63; C 12 q 2 c 23*

---

[12] esse CKDBZOHA; *om.* N
[13] Si quis CLRXSWKNDBPZOHA; Si quid $C^2K^2D^2$
[14] sub CKDBZOHA; ab N
[15] utraque CKNBZHA; utroque O
[16] -datur CKNBZO; -dantur HQA
[17] quod CKDBZOHA; quia N
[18] potuerit $CRK^2DBZOHA$; -int K; -unt N

## 57

*Idem eisdem. De prediis ab ecclesia alienatis ecclesie restituendis*[1]

Volaterane[2] ecclesie actus uel patrimonium quod hactenus comperimus destitutum[3] uel post dampnationem Eucharisti[4] quo fuerat deprauante dispersum cure uestre decreuimus esse delegandum. ut diligentia qua uos pro utilitatibus ecclesie estimamus esse uigilantes predia culture restituatis[5] antique reuocetis si qua sunt uendita aut donata mancipia. possessiones etiam que ab Eumatio[6] et Oppilione episcopis uel ceteris quouis iure uideritis[7] teneri. quia contra constituta[8] synodi ab episcopo[9] predia alienari nullo potuerint[10] commento[11] nichilominus reuo [39vb] centur, sit emptoribus ad eum recursus, qui presumpsit aliquid ecclesie rebus illicita uenditione distrahere, ita ut pensiones annuas ad pontificem deferatis cui priuilegia sua integra conuenit omni ratione seruari, ut eius dispensatione portiones[12] proueniant consuete, ita ut portionem quarte que ad eos pertinet sua pontifex ordinatione[13] distribuat, prout cuiusque locum meritumque cognoscit, pariter etiam ex fidelium oblatione faciendum, ut quartam clericis eroget pro consideratione sue electionis antistes, fabricarum etiam portio episcopo sciente et disponente uestra erogatione pendatur, quatinus nichil penitus in detrimentum alicuius rei patiamini generari. [14]Si quid uero in ecclesie damno uestre aut in iis[15] que sunt preceptionis nostre[16] prohibita pontificem uestrum uideritis admittere, mox nostris[17] auribus relatione signate ut quid fieri debeat censeamus.
*JK 741; Thiel 1.496 frg. 23; CB Gel. 64 (as* ZJGOHA*); ID 3.151, as Coll.Brit.; C 12 q 2 c 25 (as* CK *etc)*

---

[1] Idem eisdem. De prediis (presidiis P)- rest. CXKNBP; Gel' Iustino archidiacono et Fausto defensori ZOHA
[2] Vola- $CRX^2KNBPZOHQ$; Tola- LA; Vole- X
[3] destitutum CKNBZHA; destinatum O
[4] *corr. from* -iste A
[5] *corr. from* -uastis O
[6] *corr. from* Ema- A
[7] uideritis $CRKD^2BZOHA$; uidetis N; uenditis D
[8] constituta CRXKNBP; constitutum ZOHQA. const. contra *marked for reversal* H
[9] -opo CNDBVPZOHA; -opis $C^2LWV^2$; -opi RXSN; -opio K
[10] -erint CRKNDBZOHA; *corr. to* -erunt $K^2D^2$
[11] commento CKNBZOHQ; emento A
[12] *corr. from* pot- A
[13] -ione CKNBZOHQ; -ionem A
[14] Si quid – debaet censeamus ZJGOHQA*; *om.* CLRXSKNDBVP
[15] iis ZJQA; his OH
[16] *ss* O
[17] *corr. fr.* nostri H

**58**

*[1]Syracusio, Constantio[2], et Laurentio episcopis. De quodam seruo qui ad ecclesiam confugerat[3]*

Iudas qui Iudaice professionis existit[4] mancipium iuris sui quem[5] ante paucos annos se asserit comparasse nunc ad ecclesiam Venefranam[6] confugisse suggessit, sicut petitorii tenor annexus ostendit, eo quod dicat sibi ab infantia Christiano nuper a prefato domino signaculum circumcisionis[7] infixum. Quapropter diligenter uestra inter utrumque sollicita cura rerum fideliter examinet ueritatem, quatinus nec religio[8] temerata uideatur nec seruus hac obiectione mentitus competentis iura dominii declinare contendat.[9]

*JK 742; Thiel 1.506 frg. 43; CB Gel. 65; ID 13.113; +C 17 q 4 c 34*

[1] Gelasius *add.* ZOHA; *om.* CKNBP
[2] Constantio CRKNBVPZ[2]H?; Constantino XZQA
[3] De - confugerat CRXKNBP; *om.* ZOHA
[4] *corr. fr.* -at O
[5] *corr. fr.* quidem K
[6] -anam CRXKNV[2]ZOQA; Venestranam (-um B) BVP; -amnam H
[7] cumcisionis A
[8] *corr. fr.* regio H
[9] Explicit *add.* RXS

## A 1. XLVII [ANASTASIVS II]

**1**

*Ex decretis Anastasii pape ad Anastasium imperatorem. Quod eos quos[1] post dampnationem suam baptizauit uel ordinauit Achatius nulla lesio attingat[2]*

Secundum ecclesie catholice consuetudinem[3] sacratissimum serenitatis tue pectus agnoscat quod[4] nullum de his uel quos baptizauit Achatius uel quos sacerdotes siue leuitas secundum canones ordinauit ulla[5] eos [40ra] ex nomine Achatii portio lesionis attingat[6], quo forsitan per iniquum tradita sacramenti gratia minus firma[7] uideatur. Nam et baptismum quod procul sit[8] ab ecclesia siue ab adultero[9] uel[10] a fure fuerit datum[11] ad percipientem munus peruenit illibatum. Quia uox illa que sonuit per columbam omnem maculam humane pollutionis excludit, qua[12] declaratur ac dicitur, Hic est qui baptizat in spiritu et igni[13]. Nam si uisibilis[14] solis istius radii cum per loca fedissima transeunt nulla contactus inquinatione maculantur, multo magis illius qui

[1] *ss* Z
[2] att- CKNBZOQA; cont- H. Nota quod duo hec capitula inter autentica non computantur *add. in mg.* M[2]
[3] cath. cons. CNDBZOHA; cons. cath. K
[4] quod CKDBZOHA; quia N
[5] ulla CKNBOHA; nulla Z
[6] -gat CKNBZOHQ; -guat A
[7] gratia minus firma (*corr. fr.* filma A) CKDBZOA; minus gratia firma esse N
[8] procul sit quod *marked for reversal* H
[9] *corr. fr.* -erio K; *corr. fr.* abu- O
[10] uel CRBPZOHA; siue KND
[11] fuerit datum LRXKNBVPZOHA; datum fuerit (fuerit *ss*) C
[12] qua CRSKNZ[2]POHA; quia B; que V?; ? Z
[13] igni CKNBZOQA; igne H
[14] *corr. fr.* inuis- O; -iles N

istum[15] uisibilem fecit uirtus nulla ministerii[16] indignitate constringitur. Nam et Iudas cum fuerit sacrilegus atque fur quicquid egit inter apostolos pro dignitate commissa beneficia per indignum data nulla ex hoc detrimenta senserunt, declarante hoc ipsum Domino manifestissima uoce, Scribe, inquit et Pharisei super cathedram Moysi sedent[17], que dicunt facite, que autem faciunt facere nolite[18]. Dicunt enim et non faciunt. Quicquid ergo ad hominum profectum quilibet in ecclesia minister pro officio suo uidetur operari. Hoc totum contueri[19] implente[20] diuinitatis affectu ita ille per quem Christus loquitur Paulus affirmat, Ego plantaui, Apollo rigauit sed Deus[21] incrementum dedit. Itaque neque qui plantat est aliquid neque qui rigat. sed qui incrementum dat Deus. A Deo[22] autem non queritur quis uel qualis predicet. sed quem predicet ut inuidos etiam bene Christum predicare confirmet quo malo diabolus ipse deiectus est et hoc ipse[23] predicare non desinit.
*JK 744; H 656a.57-b.30, M 990-1 (c 7) with rubric as here; ID 1.151 to* peruenit illibatum*; D 19 c 8a*

---

[15] istum CKNBZOQ[2]A; iustum HQ
[16] ministerii CRKNVPZOHA; misterii B
[17] sedent CKDBZOHA; sederunt N
[18] fac. nol. RXSKNBPZOHA; nol. fac. CLW
[19] contueri C?RXSKN; contineri BVPZOHA
[20] implente CRKNPZOHA; implete B
[21] sed Deus CRKDBPOHQA; Deus autem NZ
[22] *corr. fr.* ab eo N
[23] hoc ipse CRKDBVPOH; hic ipse N; hoc ipsum Z; ipse hoc QA

**2**

*Quod[1] mali bona ministrando ecclesie sacramenta non maculant[2] cap. viii[3]*

Ideo ergo et hic cuius nomen dicimus[4] esse reticendum male bona ministrando sibi tantum nocuit. Nam inuiolabile sacramentum quod per illum datum est aliis perfectionem sue uirtutis obtinuit. Quod [40rb] quidem[5] aliquorum in tantum se extendit[6] curiosa suspicio ut imaginetur prolato a papa Felice[7] iudicio postea inefficaciter in sacramentis que Achatius usurpauit egisse[8] ac perinde eos metuere qui uel in consecrationibus uel in baptismate mysteria tradita susceperunt, ne irrita beneficia diuina uideantur.[9]
*JK 744; H 656b.31-43, M 991-2 with abbrev. titulus (c 8 pt); D 19 c 8b*

---

[1] Quod CRKNVZOHA; Quo B. Quod - maculant *in mg.* ZO
[2] -ant CKNBZOHQ; -at A
[3] Cap. viii CRWBVPZOQ; *om.* KN; *before rubric* HA
[4] dicimus CKDBZOHA; dominus N
[5] Quod quidem CKDBZOHA; Quicquid N
[6] extendit CRSKNBVZOHA; ostendit B
[7] Fecile H
[8] actum fuisse *add. ss* K
[9] Expl' *add.* S

## A 1. XLVIII SYMACHVS[1]

[2]i. Episcopum accusatum non esse deserendum ante exitum cause
ii. De eodem
iii. Non esse rata concilia sine auctoritate apostolica
iiii. Quod apostolicus a nemine sit iudicandus

---

[1] papa *add.* X
[2] *capitulatio in* CLRXSKNDMBVP; *om.* ZOHQA

| | |
|---|---|
| v. | Quod mortem languentibus infligit qui cum possit non[3] excludit |
| vi. | Quod recte monitoris personam suscipit qui errata condempnat et innocentiam demonstrat |
| vii. | De uexatione ecclesiarum uel sacerdotum |
| viii. | De raptoribus uiduarum ac uirginum |
| viiii. | De inuasoribus, petitoribus, largitoribus rerum ecclesiasticarum uel pontificalium |
| x. | De rerum ecclesiasticarum inuasoribus |
| xi. | Vt nullus honorem premiis accipiat |
| xii. | De eligendo papa |
| xiii. | De rebus ecclesie conseruandis nec a laicis disponendis |
| xiiii. | De eodem |
| xv. | De rebus ecclesie ne alienentur |
| xvi. | De eodem |
| xvii. | Quod si alienentur res ecclesie liceat quibuslibet ecclesiasticis personis contradicere et cum fructibus aliena reposcere |
| xviii. | De reuerentia imperatoris |
| xviiii. | De discedentibus ab eo |
| xx. | Quo tenore temporaliter[4] alienari possint res ecclesie |

[3] *ss* C
[4] ten. temp. CXSKDMBV; temp. ten. N

## 1

*In quinta synodo Symachi pape. Episcopum accusatum non esse[1] deserendum[2] ante exitum cause[3]*

Nonne directa uerba sunt canonum. Quicumque clericorum ab episcopo suo ante sententie tempus pro dubia suspicione discesserit manifestam eum manere[4] censuram.
*(Recte Ennodius); H 669a.40-44, M 1012; ID 6.340 (insc. almost as here); C 8 q 4 c 1a*

[1] *corr. fr.* est O
[2] *corr. fr.* deferenteum A?
[3] Episcopum - cause] Semet iudicat qui iudicium subterfugit D
[4] *corr. fr.* -eret K

## 2

*In eadem[1] de eodem[2]*

Lex[3] ecclesiastica pontificem ab aliis accusatum priusquam sub luce obiecta constiterint exigit non relinqui.
*Recte Ennodius; H 669a.59-62, M 1013; ID 6.341 (insc. almost as here); C 8 q 4 c 1b*

[1] In eadem CKDBZOHA; *om.* N
[2] De eodem] Episcopum accusatum non esse deserendum ante rei finem D
[3] Ex A

## 3

*In eadem[1]. Non esse rata concilia[2] sine auctoritate apostolica* [40va]

Concilia sacerdotum ecclesiasticis legibus quot annis decreta per[3] prouincias quia presentiam pape non habent, ualitudinem perdiderunt[4]. Legite insanissimi aliquando[5]

[1] In eadem CKDBZOHA; *om.* N
[2] rata concilia CSKNBZO; concilia rata HQ; concilia A
[3] per CKNBZOH; *om.* QA
[4] -erunt CKDBZPOHA; -erint B

in illis preter apostolici apicis[6] sanctionem aliquid constitutum[7] et non de maioribus negociis ad consultationem si quid occurrit prefate sedis arbitrio fuisse seruatum.
*(Recte Ennodius); H 671a.14-18, M 1015; ID 4.242; D 17 c 6*

---

[5] ins. al. CKDBZOHA; al. ins. N
[6] apostolici apicis CRSKNDVPZHQ; apostolicis B; apostoli apicis OA
[7] constitutum CKNBZOHQ; constitum A

**4**

*In eadem[1]. Quod apostolicus a nemine sit iudicandus*

Aliorum forte hominum causas Deus uoluerit[2] per homines terminare, sedis istius presulum suo sine questione reseruauit arbitrio. Voluit beati Petri apostoli successores celo tantum debere innocentiam et subtilissimi discussoris indagini inuiolatam[3] exhibere conscientiam.
*(Recte Ennodius); H 672a.1-7, 10, M 1016; ID 5.10; IP 4.3; +C 9 q 3 c 14a*

---

[1] In eadem CKNBZOHQ; *om.* A
[2] forte *add. and canc.* Z
[3] inuiolatam LRXSKNBVPZOHA; uiolatam C

**5**

*Quod mortem languentibus infligit qui cum possit non excludit[1]*

Non grandis est differentia utrum[2] letum[3] inferas an[4] admittas. Mortem languentibus qui cum[5] possit non excludit[6] inflixit[7].
*(Recte Ennodius); H 674a.16-19, M 1019*

---

[1] Quod - exc. CKNBP; In eadem ZOHA; (De uexatione ecclesiarum uel sacerdotum *in mg. cf. c 7*) O
[2] utrum CSKDBZOH$^2$QA; uerum N; aurum H
[3] *ss* Q
[4] an CKNBZOQA; non H
[5] cum CKDBZOHA; *om.* N
[6] -udit CSKNBVZO; -usit HQA
[7] *corr. fr.* infixit B

**6**

*Ex[1] eadem. Quod recte monitoris personam[2] suscipit qui errata[3] condempnat et innocentiam demonstrat[4]*

Nemo recte monitoris personam[5] suscipit nisi qui actibus suis errata condempnat et amorem[6] innocentie conuersatione demonstrat.[7]
*(Recte Ennodius); H 674a.29-31, M 1020; +D 81 c 2*

---

[1] Ex CKDBZOA; De N; In Q
[2] *ss* R$^2$
[3] *corr. fr.* rata L$^2$
[4] Quod - demonstrat CRXKNBP; *om.* ZOHA
[5] mon. pers. CR$^2$SKDB; mon. R; mon. personat X; pers. mon. N
[6] amorem CRKNVPZOHA; morem B
[7] et amorem – dem. *in mg.* X$^2$

**7**

*De uexatione ecclesiarum[1] uel sacerdotum[2]. In sexta synodo adclamatum est*

---

[1] -sia P
[2] De - sac. CRXKDB; *om.* O (*but cf. c.5*); *after* adcl. est NHQ; *in mg.* ZA

Dignus papa dignus doctor et facto[3] silentio Symachus episcopus dixit, Communis dolor et generalis est gemitus quod intra[4] ecclesiam nostris et retroactis temporibus de inuasione rerum ecclesiasticarum[5] et uexatione sacerdotum cognouimus. Que res non nos solos sed omnes Domini tangit[6] sacerdotes. Et licet hec a predecessoribus[7] nostris iam prohibita sint[8] et tales presumptores dampnati et a sanctis canonibus anathematizati[9], ne tamen denuo presumantur[10] est super[11] eis promenda sententia ut qui eorum casum non timent timeant saltem perpetuam eorum dampnationem, et quod[12] sepe presumitur sepius[13] ut inhibeatur necesse est.
*JK i.98; H 679.28-36, M 1027*

---

[3] facto CRKNVPZOHA; factor B
[4] *after corr.* H
[5] -iastica- *ss* C
[6] *ss* C
[7] pred- CRSKNBZOH; dec- X; p...pred... Q; prepred- A
[8] sint CRSKNBP; sunt XZOHA
[9] -ati C?RKNBPH; -ari A; anathemati O
[10] -antur CRXKNBP; -atur ZGOHA
[11] *ss* B
[12] quod CKDBZOHA; quia N
[13] seprius A

**8**

*Symachus Cesario.* [40vb] *De raptoribus uiduarum et[1] uirginum[2]*

Raptores uero[3] uiduarum uel uirginum ob immanitatem tanti facinoris detestamur, illos[4] uehementius persequendo qui sacras uirgines uel uolentes uel inuitas matrimonio suo sociare temptauerint[5]. Quos pro tam nefandissimi criminis attrocitate a communione suspendi precipimus.
*JK 764; H 657a.49-55, M 992-3 (c 3); +C 36 q 2 c 2*

---

[1] et CLRXWP; ac SKNBVZOHA
[2] O *has here rubric to c 9*
[3] *ss* Z
[4] *corr. fr.* illo H
[5] -erint CNBZOHA; -erunt K

**9**

*De inuasoribus, petitoribus, largitoribus rerum ecclesiasticarum uel pontificalium. In sexta synodo Symachi pape[1]*

Nec aliquo se ante[2] tribunal Christi obstaculo muniat[3] quia[4] religiosis animabus ad substantiam[5] pauperum[6] derelicta, contra fas sine aliqua pietatis consideratione dispergit. Similiter et hoc[7] ad omnium ecclesiarum noticiam uestra cunctorumque exhortatione et iudicio censemus peruenire[8] et ab omnibus firmiter teneri quia episcoporum res ecclesie esse[9] non dubitantur, si in eorum facultatibus simili fuerit

---

[1] De - pont. In sexta - pape CR XSKBP; In ui sinodo - pape. De - pont. ND; De sexta - pape (*with* De - pont. *in mg. to* c.8) O; De sexta - pape. De - pont. HZ(De - pont. *in mg.*)A
[2] ante aliquo se *marked for reversal* H
[3] muniat CKNBZOH; minuat A
[4] quia CRBPOHA; qui a LXSKNDZ
[5] substantiam CKDBZOHA; superbiam N
[6] quia a religiosis – pauperum *in mg.* X
[7] et hoc CKNBZHA; *om.* O
[8] *ss* C
[9] ecclesie esse CKNBZO; esse ecclesie HQA

crudelitate crassatum, peruasores rerum memoratarum[10] predicta canonum districtione feriantur, ut qui moribus[11] propriis ac nulla conscientie castigatione corriguntur, saltem ecclesiastice et canonice uindicte perfodiantur aculeis. Generaliter uero quicumque res ecclesiasticas confiscare aut conpetere aut peruadere periculosa aut[12] seua infestatione presumpserit, nisi se citissime per ecclesie de qua agitur satisfactionem correxerit, perpetuo anathemate feriatur. Similiter et hii[13] qui ecclesie[14] iussu[15] uel largitione principum uel quorundam potentum aut quadam inuasione aut tyrrannica potestate retinuerint[16] et filiis uel heredibus suis ut[17] a quibusdam iam factum audiuimus quasi hereditarias reliquerint nisi cito res Dei ammoniti a pontifice agnita ueritate reddiderint perpetuo anathemate[18] feriantur. Iniquum[19] enim esse censemus ut potius custodes cartarum quam defensores rerum creditarum ut preceptum est iudicentur[20]. [41ra]

*H 681.28-30 to* dispergit*, 682.3-17, M 1029, 1030; Coll. Lanf. runs these texts together so; ID 3.148; cf +C 16 q 1 cc 57-58*

---

[10] -arum C?KNBZOHQ; -orum A
[11] *corr. fr.* maioribus O
[12] aut CKNBZO; ac HQA
[13] hii CRXKNBPH; ii ZOQA
[14] ecclesie RXSKNBVPZOHA; res ecclesie C²V²; ecclesie res LW
[15] iussu CRKNBZOHA; ius Z²
[16] *corr. fr.* rennuerint K
[17] *corr. fr.* aut Z
[18] -ate C?KNBZOHQ; -ati A
[19] est *add. and cancelled* K
[20] -entur CRKNBV; -emur ZOHA

## 10

*Sententia Symachi pape. De rerum ecclesiasticarum[1] inuasoribus[2]*

Indigne ad altare Domini properare permittitur qui res ecclesiasticas audet inuadere, aut iniuste[3] possidere aut iniqua uel iniusta defensione in eis perdurat. Debet tamen esse prouisio ut[4] uindictam admonitio[5] precedat. et res usurpatas iniuste qui abstulit aut iniuste ablatas retinet equitate patrocinante legibus restituat. Quod si neglexerit et necessitas compulerit demum predonem sacerdotalis districtio maturata percellat[6]. Valde enim iniquum et ingens sacrilegium[7] est ut quecumque[8] uel pro remedio peccatorum uel salute aut requie animarum suarum unusquisque uenerabili ecclesie contulerit aut certe reliquerit[9] ab his quibus maxime seruari conuenit[10], id est Christianis et Deum timentibus hominibus in aliud transferri uel conuerti[11]. Propterea qui hec non preuiderit et aliter quam scriptum est predia ecclesiis tradita petierit uel acceperit aut possederit, nisi[12] se cito correxerit, quo iratus Deus animas percutit anathemate feriatur. Sitque accipienti et danti uel possidenti anathema, et institute

---

[1] *corr. fr.* ecclesiarum Z
[2] Sententia - inuasoribus CXKNBZOH; *om. with lacuna* A
[3] in- *ss* N
[4] ut CKNVZOHA; *om.* B
[5] admonitio CKNVPZOHA; admonito B
[6] perc- CKNBZOHQ; proc- A
[7] -egium CKNBZOH; -egum A
[8] quecumque CKBZOHA; quicquid N; quicumque D
[9] reliquerit CRXSBVZOHA; dereliquerit KND
[10] seru. conu. CKNBZOQA; conu. seru. H
[11] conuerti CRKNVPZO²HQA; conferri BO
[12] aut. poss. nisi *in mg.* C

pene contubernium assiduum nec aliquo se ante tribunal Christi obstaculo muniat, quia[13] religiosis animabus ad substantiam[14] pauperum derelicta[15] dispergit.
*H 680.38-40 to* perdurat*, 41-45 to* percellat*, 681.19-30, M 1028, 1029 (note overlap with c 9 above); ID 3.182; C 12 q 2 c 21*

---

[13] quia CPKHA; qui a RNBVZO; ? SD; qui D[2]
[14] substantiam CKDBZOHA; superbiam N
[15] derelicta CKNBZOH; derelictam contra fas sine aliqua pietatis consideratione A *mg. as Hinschius*

**11**

*Symachus papa cp. iii. Vt nullus honorem premiis accipiat[1]*

Propter frequentes ambitus[2] si quis presbiter uel dyaconus uel clericus papa incolume[3] et eo inconsulto[4] aut subscriptionem[5] pro Romano pontificatu est moliri ausus aut pictacia[6] promittere aut sacramentum prebere temptauerit aut aliquod[7] certe suffragium polliceri uel de hac causa priuatis conuenticulis factis deliberare[8] atque [41rb] decernere sui loci dignitate uel communione priuetur.
*H 658.a41, 46-55, M 994 (c 2 pt)*

---

[1] Sym. - cap. iii. Vt - acc. CRSDBP; Sym. papa. Vt - acc. cap. iii K(cap. iii *in mg.*)N; Sym. - cap. iii ZOHQ; Sententia Symachi pape A
[2] amb- CKNBZOHQ; ab- A
[3] -ume CRKBZOHA; -ome ND
[4] inconsulto CRXKNBP; consulto ZOHA
[5] -ionem CKNBZOHQ; -ione A
[6] -acia CRXKNB; -acio ZOHA
[7] aliquod CRXKNDB; aliquid ZOHA
[8] deliberare CRXSKDB[2]VPZOA; delibare N; deberare B

**12**

*Symachus papa cp. iii. De eligendo papa[1]*

Si quod absit transitus pape inopinatus euenerit, ut de sui electione successoris non possit ante decernere sicut Deum[2] in unum totius inclinauerit ecclesiastici ordinis electio[3] consecretur electus episcopus[4].
*H 658 b.5-10, M 994-5 (c 3 pt)*

---

[1] Sym. papa cp. iii. De el. papa CRSDBP; Sym. papa. De el. papa cp.iii KN; De el. papa Sym. cap. iii ZOHQ; Sym. papa cp. iii A (*cf c 13*)
[2] sicut Deum RXSWKNBVPZO?HA; si quidem CL(*over erasure*)D; si secundum K[2]; sicut Deus O[2]
[3] electio CKNBZOH(*after corr.*)A; electionem ep. O[2]
[4] el. ep. CKDBZOHA; ep. el. N

**13**

*[1]Exemplar constituti facti a domino papa Symacho[2]. De rebus ecclesie conseruandis nec a laicis disponendis ubi dicit Laurentius[3]*

Non licuit laico statuendi in ecclesia habere preter papam Romanum aliquam potestatem quem subsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi[4].
*H 660.b.47-50, M 999; C 16 q 7 c 23*

---

[1] De eligendo Symachus cap. iiii *with rubric here as heading to c 14* A
[2] papa Sym. CXSKNB; Sym. papa ZOHA
[3] nec a - disponendis ubi dicit Laurentius CLRXSWBP; nec a - disponendis KD; ubi dicit Laurentius de rebus - disp. N; ubi (ut G?) dicit Laurentius ZGOHA
[4] *corr. fr.* impetrandi Z

**14**

*[1]Et Gelasius[2] papa. De eodem[3]*

Laicis quamuis religiosis nulla de ecclesisticis facultatibus aliquid disponendi legitur unquam attributa[4] facultas.

*H 660b.65 - 661a.1 (*Eulalius episcopus*), M 999; C 16 q 7 c 24*

---

[1] A *has here rubric to c.13, and* Et Gel. – de eodem *as heading to c 15*
[2] Gelasius CX²SWKDV²; Eulasius LRBVPZGOHQA Gelagius N; ? X
[3] De eodem CRXKNB; *om.* ZOHA
[4] unq. att. CKDBZOHA; attribu umquam N

**15**

*Item Symachus de rebus ecclesie ne alienentur cap. iiii[1]*

Quod pape non liceat presidium[2] ecclesie alienare aliquomodo pro aliqua necessitate nec in usufructu[3] rura dare[4] nisi modo domus[5] que in quibuslibet usibus[6] non modica impensa sustentetur[7] qua lege et omnes custodes astringuntur[8], ut donator, assentator, uenditor honorem perdat.

*Paraphrase of H 661b.9-52, M 1000-1 (cc 4-6); Vat. lat. 3829 fo. 153v; C 12 q 2 c 20a var.*

---

[1] A *replaces* Item – iiii *with the heading to c 14 above*
[2] presidium RXKNDV²P; pre[ ]dium CS; predium LBVZOHA
[3] -uctu RXSWKNDBPZGHA; -uctus CLVO; usufructuario K²
[4] dare CKDBZOHA; daret N
[5] *corr. to* domibus V
[6] *corr. to* urbi V
[7] -etur C²RWKNDVP; -entur S; -antur B; -atur V²ZOHA
[8] astr- CLXSWKNBVPH; asstr- R; abstr- ZOQA

**16**

*Cap. vi. De eodem[1]*

Et[2] qui subscripserit[3] anathema sit cum eo qui dedit[4], uel qui recepit[5] nisi restituatur[6].

*Paraphrase of H 661b.53-63, M 1001 (c 7); cf Vat. lat. 3829 fo. 153v; C 12 q 2 c 20b sl. var.*

---

[1] Cap. vi De eodem CRXKDBP; De eodem cap. vi N; Cap. vi ZOH; *om. with no break* Q; Item Symachus de rebus ecclesie A
[2] Et CRXSKNBVPZQA; Vt LWO; Ct H
[3] -b- *ss* Z
[4] dedit CKNBZOHA; edidit G
[5] recepit CRKNBP; recipit XV²?ZOHA
[6] -atur LRXSKNBVPZOHQA; -antur CV²?G?. Q *here has 1.52. 1-2, followed by 1.54.4 and then returns to c 18 below*

**17[1]**

*Cap. vii. Quod si alienentur res ecclesie liceat quibuslibet ecclesiasticis personis contradicere et cum fructibus aliena[2] reposcere[3]*

Et[4] liceat quibuslibet[5] ecclesiasticis personis[6] contradicere[7] et cum fructibus aliena[8] reposcere, quod modo in apostolica seruandum in uniuersis ecclesiis per prouincias quidem[9] uidetur[10] conuenire.

---

[1] *om.* Q
[2] aliena CLRXSWKDBVP; alienata C²L²K²; *om.* N
[3] Quod - rep. CLRXSWKDBV; Quod si alienentur res ecclesie liceat quibuslibet ecclesiasticis contrad' et cum fructibus vii N; *om.* ZOHA
[4] Et CRXKDBVZHA; Vt LNO
[5] -libet *ss* C; quibuslibet liceat B
[6] eccl. pers. CNDBZOHA; pers. eccl. K

*Paraphrase of H 662a.3-15, M 1001; Vat. lat. 3829 fo. 153v; C 12 q 2 c 20c var.*

---

[7] contradicere CKBZOHA; contradere N
[8] aliena LRXKNBVPZOHA; alienata CL[2]K[2]
[9] quidem CKDBZOHA; qualiter N
[10] uidetur CRKNBZ[2]OH; uideretur Z?A

## 18

*De reuerentia imperatoris ix synodo*[1]

Pontifices dixerunt quod papa Symachus impetitus deberet synodum conuocare et prius[2] ipse rex dicit non aliquid preter reuerentiam [41va] ad se de ecclesiasticis negociis pertinere, et post synodus statuit ut[3] Symachus impetitus quia de eo apud Deum pertinet sit immunis et omnia ei restituit. et si quis hoc non admittit[4] uel retractari posse crediderit in Dei iudicio de contemptu sui rationem esset redditurus.
*Paraphrase of H 662a -664a, M 1002-5; Vat. lat. 3829 fo. 153v as here; cf +dp D 17 c 6*

---

[1] ix synodo *before* De KND; *as here* CRXBVZOHA
[2] prius CKDBZOHA; pius N
[3] *after corr.* H
[4] -ittit CKNBZOA; -itti HQ

## 19

*De discedentibus ab eo*

De[1] clericis quoque eiusdem[2] pape[3] ab eo discedentibus statuit ut satisfacientes episcopo suo misericordiam consequantur et officiis ecclesiasticis se gaudeant restitui[4], quia Dominus oue perdita[5] letatur inuenta[6] et de profugo filio reuerso.
*Paraphrase of H 664b.33-41, M 1005; cf +dp D 17 c 6*

---

[1] De CKNBZOHQ; Ee A
[2] eiusdem CKNBZOQA; eius H
[3] pape CLR[2]XSKNV[2]ZOA; *om.* RBVP
[4] -tui CKNBZOHQ; -tuit A
[5] -ita CKNBZOQA; -itea H
[6] *corr. fr.* -entu B?

## 20

*Epistola Symachi*[1] *ad Cesarium*[2] *episcopum cap. i. Quo tenore temporaliter*[3] *alienari possint res ecclesie*[4]

Possessiones ecclesie alienare quomodo libet non patimur nisi forsitan clerici bonorum meritis uel ministeriis[5] religionis intuitu uel peregrinis si[6] necessitas largiri[7] suaserit, sic tamen ut hoc ipso non[8] perpetuo sed temporaliter fruantur[9].
*JK 764; Paraphrase of H 657, M 991-2 (c 1); Vat. lat. 3829 fo. 153v*

---

[1] pape *add.* N, *om.* CKDBZOHA
[2] ad Cesarium CSWKNBZHQA; a necessarium O; a Cessarium O[2]
[3] ten. temp. CKDB; temp. ten. N
[4] cap. i. Quo - eccl. CRXKDBP; Epist. - ep. Quo - eccl. i N; cap. i ZOA; *om.* H
[5] uel monasteriis *add. ss* C; ministris W
[6] *ss* C
[7] largiri CKDBZOHA; *om.* N
[8] temporaliter *add.* N, *om.* CKDBZOHA
[9] fruantur CRXKNBV; perfruantur ZOHQA

## A 1. XLIX [ORMISDAS]

### 1[1]

*Ormisde[2] pape ad Iohannem episcopum. De uice apostolice sedis[3] commissa[4]*

Seruatis priuilegiis metropolitanorum uices uobis[5] apostolice sedis delegamus, ut inspectis istis, siue ea que ad canones pertinent siue ea que a nobis sunt nuper mandata[6] seruentur, siue[7] que de[8] ecclesiasticis causis tue reuelationi[9] contigerit[10] sub tua nobis insinuatione[11] pandantur. Erit hoc studii ac sollicitudinis tue ut talem te in his que iunguntur[12] exhibeas ut fidem integritatemque eius cuius curam suscipis imiteris.

*JK 786; H 689 b.18-28, M 1041, abbrev.; +C 25 q 2 c 6*

---

[1] M *numbers all from here to A1.53.1 as* capp. xxi-ix
[2] -isde CRXBPZOHQ; -isda SA; -isse KND
[3] ap. sedis CRXSKNVP; sedis ap. B; *om.* ZOHQA
[4] commissa CKNBZOQA; comitissa H
[5] uobis CKNBZOHQ; nobis A
[6] nuper mand. CKNBZOHA; mand. nuper Q
[7] ea *add.* Z, *om.* CKNBOHA
[8] de CKNBOHA; *om.* Z
[9] tue reuelationi CSKD²NBVPZOHQA; tibi reuelari K²; tue relationi DV²
[10] -igerit CKD²BZOHA; -igit N; -ingit D
[11] -one *ss* N
[12] iunguntur CLXSW²KNDBVPZOHQA; iuguntur S; iniunguntur C²RK²D²

### 2

*Item ad[1] episcopos per Hyspaniam. Quod prima salus sit fidei regulam[2] custodire et a constitutis patrum non deuiare[3]*

Bonefacius notarius[4] sancte Romane ecclesie ex scrinio editi exemplaria libelli exequitur. Prima salus est recte fidei[5] regulam custodire [41vb] et a constitutis[6] patrum nullatenus deuiare.

*JK 788; H 691 b.3-8, M 1044; +C 25 q 1 c 9 (*Prima salus - *end)*

---

[1] *corr. fr.* et O
[2] fid. reg. CRXBVP; reg. fid. SKND
[3] Quod - deuiare CRXSKNBVP; *om.* ZOHQA (A *with* Felix *in mg.*)
[4] *add. in mg.* R²
[5] est recte fidei LRXSWBVPZOHQA; fidei est recte C; est fidei recte KN
[6] constitutis CSKNBPZOH; custoditis Q; constitututis A

## A 1. L FELIX [IV]

### 1

*Felix papa[1] omnibus episcopis. Non esse missam audiendam nisi in locis sacratis absque summa necessitate*

Satius est missam non cantare aut non audire quam in his locis ubi fieri non oportet nisi ut sepe[2] dictum est pro summa contingat necessitate. quoniam legem non habet necessitas[3]. Vnde scriptum est, Vide ne offeras holocausta tua[4] in[5] omni loco quem uideris, sed in loco quem elegerit Dominus[6] Deus tuus.

---

[1] papa CRKDBZOA; episcopus N
[2] -pe *ss* Q
[3] legem non habet nec. CRXKNBP; nec. legem non habet ZOA; nec. non habet legem HQ

*JK + 878; H 700.48 - 701.1, M 1062; ID 2.76; De cons D 1 c 11b*

[4] tua CKNBZOHA; *om.* Q
[5] *ss* Z
[6] Dominus CKDBZOHA; *om.* N

**2**

*Idem. Dedicationes ecclesiarum per octo[1] dies celebrandas[2] et ecclesias de quarum consecratione dubitatur consecrandas[3]*

Sollempnitates[4] uero dedicationum ecclesiarum et sacerdotum per singulos annos sollempniter sunt celebrande[5], ipso Domino exemplum dante, qui ad festum dedicationis templi omnibus id faciendum[6] dans formam, cum reliquis populis eandem festiuitatem celebraturus uenit. Sicut scriptum est, Facta sunt enchenia in Ierosolimis et hiemps[7] erat. Et ambulabat Iesus in templo, in porticu Salomonis. Quod autem octo[8] dierum sint[9] enchenia celebranda[10] in libro Regum peracta dedicatione templi repperietis. De ecclesiarum uero consecratione quotiens dubitatur et nec certa scripta[11], nec certi testes existunt a quibus[12] consecratio[13] sciatur, absque ulla dubitatione scitote eas esse consecrandas[14] ne talis trepidatio faciat deteriorationem quoniam non demonstratur esse iteratum quod nescitur factum.
*JK+ 878; H 701.14-24, M 1062; ID 3.24 as BD 3.58 (pt); IP 2.10 (*Solempnitates - reperietis*), 2.11 (*De ecclesiarum - *end); De cons. D 1 c 16 (beg. and end only)*

[1] octo CKDBZOA; vii N; ? H
[2] *corr. fr.* -anda H
[3] et ecclesias - cons. CRXKNBP; *om.* ZOHQA
[4] -itates CRKNV[2]ZOHA; -itas BVP
[5] soll. sunt cel. CKNBZOHA; sunt cel. soll. Q
[6] -endum CKNBOHA; -endi Z
[7] h- *ss* C; yens O
[8] octo CKDBZOHA; vii N; iii Q
[9] sint CKDBZOHQ(*after* ench.); sunt NA
[10] enc. celebran- *over erasure* Z
[11] scripta CRKNB; scriptura ZOHA
[12] quotiens dubitatur *add.* O *cf above*
[13] celebratur *add.* A
[14] -adas O

## A 1. LI [SILVERIVS]

**1**

*Ex decreto[1] Siluerii[2] pape. Quod[3] copiarum dignitatem amittere debeat qui quod non accepit usurpat[4]*

Sic decet fidem sanctorum patrum in ecclesia seruari catholica ut quod habuit amittat qui inprobabili temeritate quod non accepit[5] assumpserit.
*JK+ 899; H 629.15-17, M 1074; ID 6.73; +C 25 q 2 c 22*

[1] -eto CRKNBZOHQ; -etis A
[2] Siluerii CKNBZHA; Siluestri O
[3] Quod CRXKNB; *om.* ZOHA
[4] copiarum - usurpat *in mg.* ZO
[5] -epit CRKNBZOA; -eperit H

## A 1. LII [VIGILIVS]

### 1

*[1]Eutero fratri Vigilius[2] papa. De* [42ra] *ecclesiarum restauratione in fabricis uel dedicatione*

De[3] fabrica cuiuslibet[4] ecclesie si diruta fuerit instauranda et si in eo loco consecrationis sollempnitas debeat iterari[5] in qua sanctuaria non fuerint, nichil iudicamus officere si per eam minime aqua exorcizata[6] iactetur. Quia consecrationem[7] cuiuslibet ecclesie in qua Spiritus[8] Sancti ara non ponitur celebritatem tantum scimus esse missarum. et ideo si qua sanctorum basylica[9] fundamentis etiam fuerit innouata, sine aliqua[10] dubitatione cum in ea missarum[11] fuerit[12] celebrata sollempnitas, totius consecrationis sanctificatio[13] implebitur. Si uero sanctuaria que habebat ablata sunt[14], rursus earum[15] depositione[16] et missarum sollempnitate reuerentiam[17] sanctificationis[18] accipiet.

*JK 907; H 711.37-45, M 1077 (c 4); ID 3.25 as BD 3.62; IP 2.14 (insc. as here in some mss at least); De cons. D 1 c 24 but as* Iulius, *with IP ed.*

---

[1] Vigilius papa i *add. in mg.* X
[2] Vig- CRXKNBZO; Virg- HQA
[3] Fe L
[4] libet CKNBZOHQ; libri A
[5] deb. it. CKDBZOHA; it. deb. N
[6] -ciza- *ss* A
[7] -ionem CKDBZOHA; -ione N
[8] -tus CKNBZOHQ; -tum A
[9] a *add.* RKNBZOHA, *om.* CLSXW
[10] *ss* K
[11] et ideo si qua sanctorum - missarum *om.* P
[12] miss. fuerit RSKND$^2$BZOHA; fuerit miss. CLXW; missarum D; fuerit P
[13] cons. sanct. CRXKNB; sanct. cons. ZOHA
[14] sunt CKNBZHA; *om.* O
[15] earum CKNBZHA; eorum O
[16] depositione CLRXKNBPZOA; repositione K$^2$; dispositione SDHQ
[17] -iam CKNBZOQA; -ia H
[18] -ionis CKNBZOHQ; -iois A

### 2

*Quod uicarii[1] apostolice sedis non habeant plenitudinem potestatis eius cp. vii[2]*

Qui[3] se scit aliis esse prepositum non moleste ferat aliquem sibi esse prelatum. Ipsa namque ecclesia que prima est ita reliquis ecclesiis uices suas credidit largiendas ut in parte sint uocate sollicitudinis, non in plenitudine potestatis. Vnde omnium appellantium apostolicam sedem episcoporum iudicia et cunctarum maiorum negocia causarum eidem[4] sedi reseruata esse[5] liquet, presertim cum in his omnibus eius semper sit expectandum consultum. Cuius tramiti si quis obuiare temptauerit sacerdotum, causas se non sine honoris sui periculo apud eandem sanctam sedem[6] nouerit[7] redditurum.

*JK 907; H 712.25-32, M 1078; C 2 q 6 c 12 (text as here, but attrib. to* Iulius*)*

---

[1] vicari A
[2] cap. vii CSKDBZOHA; *om.* N; ? H
[3] *a letter erased here* Z
[4] sancte *add.* ZOHA, *om.* CRXKNB
[5] esse CKNBZHA; *om.* O
[6] sanctam (*ss* V) sedem CKNBVZOA; sedem sanctam HQ
[7] nouerit CKNBZHA; nouit O

## A 1. LIII [IOHANNES III]

### 1

*Iohannes tercius papa Germanie et Gallie episcopis. Quod Linus et Cletus uicarii fuerint[1] Petri, Clemens uero successor[2]*

Si[3] Petrus princeps[4] apostolorum adiutores sibi asciuit Linum[5] et Cletum, non tamen potestatem[6] pontificii[7] aut ligandi[8] uel soluendi [42rb] normam eis tradidit sed successori suo Clementi qui sedem apostolicam post[9] eum et potestatem pontificalem tradente[10] sibi[11] beato Petro tenere promeruit. Linus uero et Cletus ministrabant exteriora, princeps autem apostolorum[12] Petrus uerbo et orationi[13] instabat[14].

*JK+ 1042; H 716.18-23 (ends where Coll. Lanf. does), M 1083; CB Varia II 26; C 8 q 1 c 1 as here*

---

[1] sancti *add.* A, *om.* CKNBZOHQ

[2] Quod – successor *in mg.* ZOQA

[3] quidem *add. ss* K

[4] princeps CKNBZOQ; principes H; princes A

[5] Linum CKNBZOHQ; bene A

[6] -atem CKNB; -ate ZHQA

[7] *corr. fr.* benefitii O

[8] aut ligandi CKNBZOA; alligandi HQ

[9] post CKNBZHA; per O

[10] tradente CRKNBZOHQ; tradentem A

[11] *ss* O

[12] apostolorum CRKNVPZOHA; *om.* B. ministrabant exteriora – apostolorum *in small cramped hand and in mg.* C

[13] orat- CRKNVPZOHA; rat- B

[14] instabat CRXSKNBP; insistebat ZOHA

### 2

*Iohannes papa Zacharie archiepiscopo. De[1] peruasoribus[2] rerum alienarum[3]*

Est etiam in antiquis[4] ecclesie statutis[5] decretum ut qui aliena[6] inuadit non exeat impunitus, sed cum multiplicatione omnia[7] restituat. Vnde et in euangelio[8] scriptum est, Quod si aliquid defraudaui[9], reddo quadruplum. Et in legibus seculi cautum habetur, Qui rem surripit[10] alienam, illi cuius res direpta est[11] in undecuplum que sublata sunt[12] restituat. Et in lege diuina legitur, Maledictus omnis qui transfert terminos proximi sui et dicit omnis populus, Amen. Talia ergo non presumantur absque ultione, nec exerceantur absque sua dampnatione.

*JK+ 872; H 694.47- 695.6, M 1053-4 (Ps. John I); ID 3.149, 13.1; +C 12 q 2 c 7 (var.)*

---

[1] *ss* Z

[2] suasoribus W; *corr. fr.* persuasoribus V

[3] alienarum LRKNBVPZOHA; ecclesiarum CXW (uel alienarum *add. ss* C); ecclesiasticarum S; *no rubric* M

[4] antiquis CLWK[2]VZOHA; antiquitis RXSKNDBV[2]; antiquitatis P

[5] statu A

[6] alina A

[7] omnia CKBZOHA; *om.* N

[8] *after corr.* N

[9] defrud- ZO

[10] -ipit CRSKNVPZOHA; -ipuit B; subripit QA[2]

[11] *ss* C

[12] subl. sunt CKBNZOQA; sunt subl. H

## A 1. LIV PELAGIVS

[1]i. Quod nouem tantum prefationes sint[2] recipiende
ii. Non esse conuocandam[3] generalem synodum sine precepto pape
iii. De his qui se solummodo in nomine Domini[4] baptizatos fuisse confitentur
iiii. De Elpidio dyacono in episcopum electo
v. De Iohanne episcopo qui se in conseruanda ecclesiastica[5] disciplina minime idoneum confitens personam cuiusdam[6] presbiteri sibi adhiberi poposcit
vi. De quodam quem defensorem facere noluit
vii. Qui sit in abbatem ordinandus
viii. Quod personis rei de qua tractandum est ueritatem cognoscentibus[7] sit amputanda formido
viiii. Quod scripta aduersario absente recipienda non sint
x. De muliere que inter caballos collisa fuit[8]
xi. Ne quis episcoporum Sycilie de parrochiis ad se pertinentibus nomine cathedratici amplius quam duos solidos presumat accipere
xii. Quod non liceat episcopo per se siue per quamlibet personam de rebus usurpare ecclesie nec heredibus suis relinquere
xiii. Quod cause laicorum apud prouincie iudicem tractande sint[9], negocia uero in quibus ecclesia [42va] stici officii persona pulsatur ad episcopi uel presbiterorum iudicium referantur
xiiii. Quod illi cui oculus est erutus non possint[10] concedi iura sacerdotii
xv. Quod execrandi sunt scismatici qui ab uniuersali ecclesia se diuiserunt, nec apostolicis communicantes sedibus receperunt
xvi. De Rufino monacho quem ueniente Sabbato subdyaconum fieri precepit, eundem mediana septimana presbiterum facturus
xvii. Quod non sit monachis reliquenda potestas abbates expellere aut alios sibi ordinare
xviii. De quodam qui non seruauerat castitatem coniugio quem tamen consensit in diaconum ordinari condescendens temporum defectui
xviiii. Cum mansuetudine corrigendos etiam delinquentes et beneficiis obtinendum ne deinceps peccare libeat
xx. Quod quicquid de sacratis uasis uel ministeriis[11] a quolibet clericorum usurpatum uel distractum fuerit, exigatur et ecclesiasticis usibus reformetur
xxi. De Latino diacono in episcopum electo. quem ipso Sabbato noctis magne post baptismum uoluit ordinari

---

[1] *capitulatio om* ZJOGHQA, *in* CLRXSWKNMBVP
[2] sint CRSKDB; sunt N
[3] conuoc- CRSKDB; uoc- N
[4] *ss* S
[5] ecclesiastica CRSKNVP; ecclesia B
[6] pers. cuiusdam CLRXSBP; cuiusdam pers. KND
[7] cogn- LRXSWKNBVP; agn- C
[8] fuit CRSKB; est ND
[9] sint CSRKD; sunt NB
[10] -int CRSB; -unt KND
[11] ministeriis CRSKNVP; -erii B

| | |
|---|---|
| xxii. | De Valentino clerico cui nupsit mulier quedam cum alio ante uelata, non tamen illi nupta sed uirgo permanens |
| xxiii. | De quodam qui[12] alienam uxorem sustulerat |
| xxiiii. | De Maximiliano qui facultatem ecclesie in suos usus male conuertendo disperserat |
| xxv. | Quod humiles sint docendi et superbi comprimendi |
| xxvi. | Quod errantes et in errorem mittentes Sathane sint tradendi |
| xxvii. | Quod illa ualeant que cum iuris et legum ratione concordant, que uero surreptione[13] uel falsis precibus impetrantur supplicantibus nullum remedium ferant |
| xxviii. | Quod digna potestate sit utendum |
| xxviiii. | Quod si clericus laicum impetat apud prouincie iudicem negocium dicturus occurrat. Si uero laicus clericum impetierit ad episcoporum iudicium suas actiones proponat |
| xxx. | Quod auferendum sit suspicionis scandalum [42vb] |

[12] quod. qui *ss* B
[13] surreptione CXSWKNV[2]; subrepti LW; surreptitie RBVP

**1**

*Pelagius Romane ecclesie[1] et apostolice sedis episcopus uniuersis Germaniarum atque Galliarum episcopis[2]. Quod nouem tantum prefationes sint[3] recipiende[4]*

Cum in Dei nomine[5] Romana ecclesia synodum[6] episcoporum siue ceterorum consacerdotum Dei fidelium congregatam habuissemus, et de ecclesiasticis statutis ut sunt ab apostolis et a sanctis patribus tradita diligentius tractaremus, superuenere[7] littere uestre et ut magis[8] essent auctoritatiue[9] etiam uiue uoces processerunt, rogantes ut ordinem[10] prefationum[11] quem sancta Romana ecclesia hactenus haberet nostris litteris uobis mandaremus[12]. Tunc de uestra uoluntate et studio tam bono multum[13] gauisi sumus, sacrum ordinem Romanorum[14], sacraque constituta nostrorum antecessorum sollerter relegentes[15] inuenimus has nouem prefaciones in sacro cathalogo[16] tantummodo recipiendas, quas[17] longa[18] retro[19] uetustas in Romana ecclesia hactenus seruauit, id est unam in[20] Albis paschalibus, aliam de Ascensione

[1] ecclesie CKS[2]NBZOHQ; *om.* SA
[2] apiscopis Z
[3] sint CSKDB; sunt N
[4] Quod - recip. CRXSKNB; *om.* ZGOHA
[5] in *add.* K[2]D[2]
[6] synodum CKNBZOHQ; synodorum A
[7] -ere CKNBZOHQA; -ire G
[8] et ut magis CKDBZOHQ[2]; et magis ut N; ut magis Q; ut in magis A
[9] auctoritatiue CKDBZOHA; auctoritaue N; auctoritati tue G
[10] -inem CKNBZOHQ; -ine A
[11] prefatitionum A
[12] *corr. fr.* -imus G
[13] *ss* S[2]
[14] -orum CRXKNB; -um ZOGHA
[15] *corr. fr.* negligentes R
[16] catha *and lacuna* A
[17] *corr. fr.* quos Z
[18] *corr. fr.* longua O
[19] retro CKDBZOHA; *om.* N
[20] in CKNBZOQA; etiam H

Domini, terciam de Pentecoste,[21] quartam de Natali[22] Domini, quintam de apparitione Domini, sextam de apostolis, septimam de sancta Trinitate[23], octauam de cruce, nonam de ieiunio in Quadragesima tantummodo[24] dicendam[25]. Has prefationes tenet et custodit sancta Romana ecclesia, has tenendas uobis mandamus.
*JK+ 1065; Blondel 645; Vat lat. 3829 fo.178; BD 3.69; Coll in 2L 2.132; ID 2.77; IP 1.157 as* Gelasius*; De cons. D 1 c 71*

---

[21] -ste CNDBZOGHA; -sten K
[22] *corr. fr.* -talis H
[23] sancta Trin. CKNBZOHQ; Trin. sancta A
[24] *in mg.* S
[25] -endam CRSKNVPZOHA; -enda B

**2**

*Pelagius episcopis Constantinopoli[1] congregatis. Non esse conuocandam generalem synodum sine precepto pape*

Relatum[2] est enim ad apostolicam sedem Iohannem Constantinopolitanum episcopum uniuersalem se[3] scribere, uosque[4] ex hac presumptione ad synodum conuocasse generalem cum generales[5] synodos conuocandi auctoritas apostolice beati Petri[6] sedi[7] singulari priuilegio sit tradita et nulla unquam[8] synodus rata legatur que [43ra]apostolica auctoritate non fuerit fulta. Quapropter quicquid in predicto uestro[9] conuenticulo quia synodus taliter[10] presumpta esse non potuit, statuistis[11] ex auctoritate sancti Petri apostolorum principis et Domini Saluatoris uoce qua[12] beato Petro potestatem ligandi et[13] soluendi ipse Saluator dedit que etiam potestas in successoribus eius indubitanter transiuit precipio omnia que ibi statuistis uana et cassata esse, ita ut[14] deinceps nunquam appareant nec mutilentur. Quapropter caritas uestra neminem unquam[15] suis in epistolis uniuersalem nominet ne sibi debitum subtrahat cum alteri honorem offert[16] indebitum.
*Pelagius II , JK+ 1051; H 721.7-16 to* nec mutilentur*, 722.2-4, M 1089, 1090; ID 5.12*

---

[1] -ti- *ss* A
[2] Del- N
[3] uniuersalem se CRKNBZOHQ; uniuersa *and lacuna* A
[4] uosque CRKNBZOHQ; uoxque A
[5] -ales CRKNBOHA; -alis Z
[6] ap. b. Petri CRNDBZOGHA; b. Petri ap. K
[7] sedi LRXSWNDBVPZOGHA; sedis CK
[8] nulla unq. CKDBZOHA; umq. nulla N
[9] uestro CRKDBZ$^2$OHQA; *om.* NZ
[10] syn. tal. CKDBZOHA; tal. syn. N
[11] statuistis CRK$^2$NDBZOH; statutis K; statuitis QA
[12] qua CLXSKNV$^2$ZOHA; quia RBVP
[13] et LRSWKDBPZOGHA; atque CNV
[14] *ss* K
[15] unquam CKDBZOHA; nunquam N
[16] offert CLRXSBVZOHA; infert KND

**3**

*Pelagius Gaudentio episcopo. De his qui se solummodo in nomine Domini baptizatos fuisse[1] confitentur[2]*

Si[3] reuera[4] hii[5] de[6] hereticis qui in locis dilectionis tue uicinis conmorari dicuntur solummodo se[7] in[8] nomine Domini baptizatos fuisse forsitan confitentur sine cuiusquam dubitationis ambiguo eos ad catholicam fidem uenientes Sancte Trinitatis nomine[9] baptizabis. Sin uero apud dilectionem tuam eorum qui conuerti uolunt manifesta confessione claruerit, quod[10] in nomine Trinitatis fuerint[11] baptizati sola reconciliationis inpense gratia catholice sociare fidei maturabis. ut tali dispositione[12] seruata nichil[13] aliter quam quod euangelica iubet auctoritas temeritatis cuiusquam spiritu uideatur effectum.

*JK 980; Ep. Pel. 21.4; CB Pel. 8(1b); ID 1.161 (which has beginning of letter too); IP 1.62b to* baptizabis*, 1.90 (*Sin uero - *end); De cons D 4 c 30*

---

[1] fuisse CLXSWKNR[2]; *om.* RB; esse V
[2] De - confit. (testantur N) CLRXSWKNBVP; *om.* ZOGHA
[3] Si CKNBZOQA; Et H
[4] reuera CKNBZOG[2]HQ; uera re G; uera A
[5] hii CRXKNBH; ii ZOQA
[6] *ss* V
[7] se CKNBOHQA; si Z; *om.* G
[8] *added in mg.* C
[9] nomine CNDBZOGHA; confessione K
[10] quod CKDBZOHA; quia N
[11] nom. Trin. fuerint CRXKNB; Trin. fuerint nom. ZOG; Trin. nom. fuerint HQA
[12] dispositione CKNBZOHQA; dispensatione G
[13] autem *add. and canc.* Z

**4**

*Pelagius clero[1] Cathinensi. De Elpidio diacono in episcopum electo[2]*

Cum hic filius noster uir magnificus Leo pretor uenisset, retulit nobis de[3] singulis que illic mota sunt, et quomodo uota prope totius ciuitatis in Elpidio diacono concordarent[4]. Vnde quia nos de memorati uiri testimonio dubitare non possumus, omnino idcirco sicut dictum est Elpidium[5] diaconum [43rb] ad nos[6] facite properare, nec[7] expectetis[8] ulterius ut admonitio ad eum nostra[9] debeat destinari. Quem tamen hoc per[10] uestram dilectionem presenti iussione specialiter[11] admonemus, ne cui se aliquid uel dare uel[12] daturum[13] esse promittat, sed nec de ecclesiasticis preteritis causis aliquam securitatem cuiquam facere audeat siue promittere aut quasi factus episcopus ea que direpta[14] sunt[15] non repetat, sed apud eos a quibus direpta sunt

---

[1] *after corr.* B
[2] De - electo CRXKNBP; *om.* ZOGHA
[3] ret. nobis de *repeated and first phrase deleted* O
[4] concordarent CRKNVPZOHA; concertarent B
[5] Elpidium CRXSKNBPH; Helpidium ZOQ; Helpidum A
[6] nos CKNBZOHA; uos G
[7] nec CSKNBOA; ne ZHQ
[8] *corr. fr.* expetis X
[9] ad eum nostra CKDBZOHA; nostra ad eum N
[10] hoc per CKNBZOHQ; per hoc A
[11] specialiter CRKD?PZOHA; spiritaliter NB
[12] aliquid - uel] dare aliquid uel S
[13] daturum CLRXSKNBVPZOHQ; daturam A
[14] direpta CSKNBZOQA; directa H
[15] sunt CKNBZHQA; *om.* O

*Gregorius Syagrio, Etherio, Virgilio et Desiderio episcopis. Quod non possimus Deo herere nisi cupiditatem a nobis studeamus abscindere[1]*

Bonorum auctori[2] herere aliter non ualemus nisi cupiditatem a nobis que omnium [47va] malorum radix est abscidamus.[3]
*Reg. 9.218; JE 1747; Coll.Sem. 1.184; +D 47 c 7*

---

[1] Quod - absc. CRXSKNBP; et cetera ZOHA
[2] auctori CLRXS²K²D²BVPZGOHA; actori SKND
[3] *corr. fr.* absid- Z

## 6

*De symonia[1]*

Nuntio siquidem apud nos[2] olim[3] discurrente uulgatum est quod in Galliarum partibus sacri ordines[4] per symoniacam heresim conferantur, et uehementi tedio meroris afficimur si in ecclesiasticis officiis quemquam habet locum[5] pecunia et sit seculare quod sacrum est. Quicumque ergo hoc precii studet datione mercari dum non officium sed nomen attendit sacerdos non esse sed dici tantummodo inaniter concupiscit. Quod si sic licet quid per hoc aliud agitur nisi ut nulla de actu[6] probatio, nulla sollicitudo de moribus, nulla sit[7] de uita discussio, sed ille sollummodo dignus qui dare precium suffecerit[8], estimetur.
*Reg. 9.218; JE 1747; Coll.Sem. 1.185; C 1 q 1 c 2 (*Quicumque studet precii – tantummodo dici *only)*

---

[1] De symonia CRSKBVP; De simoniaca heresi X; De simoniaca N; Item ZGOHA
[2] nos CRKNVPZOHA; uos B
[3] olim CKNBVOHA; *om.* Z
[4] -ines CKN²DBZOHQ; -inis NA
[5] loc. hab. *marked for reversal* N
[6] actu CKNBZGOHQ; auctu O²A
[7] sit CKDBZOHA; *om.* N
[8] *ss* S

**7**

*Quod non sint destruenda[1] que ab antecessoribus sunt statuta[2]*

Reuerentissimo fratri Felici episcopo Gregorius seruus seruorum Dei[3]. Si ea destruerem que antecessores nostri statuerunt, non constructor sed euersor esse iuste comprobarer[4], testante[5] ueritatis uoce que ait, Omne regnum in se ipsum[6] diuisum non stabit et omnis scientia et lex aduersum se diuisa destruetur.

*H 749-50, M 1135; JE+1334; Coll.Sem. 1.188; +C 25 q 2 c 4*

---

[1] *ss* C
[2] Quod - stat. CRXSKNBVP; *om.* ZOH; Gg' G; Item Q; Gr' A
[3] Reu. - Dei *as rubr.* H; seruorum Dei seruus *marked for reversal* B
[4] com- *ss* N
[5] te- *ss* B
[6] ipsum CKNBOGHA; ipso Z

**8**

*Epistola Gregorii ad Augustinum Anglorum archiepiscopum[1]. De miraculis reproborum[2]*

De reproborum miraculis[3] quid[4] dicere debeo tua fraternitas nouerit. quid in euangelio ueritas dicat, Multi uenient in illa die dicentes, Domine, nonne[5] in nomine tuo prophetauimus, et in tuo nomine[6] demonia eiecimus[7], et in tuo nomine uirtutes multas fecimus. Sed dicet illis, Nescio qui estis. Recedite a me omnes operarii[8] iniquitatis.

*Reg. 11.36; JE 1826; Coll.Sem. 1.189*

---

[1] Anglorum archiepiscopum CXSKNDV[2]; Anglorum episcopum LRWBVPZOHQ; episcopum Anglorum A
[2] De - repr. CRXSKN(*over erasure*)BVP; *om.* ZOHA
[3] miculis A
[4] quid LRSWNDBVPZOHA; quod CXK
[5] Domine nonne CRSKNBVP; Domine, Domine nomine X; Domine ZGOHQ; D' A
[6] tuo nomine CRXKDBZGOA; nomine tuo SNHQ
[7] eiec- CKDBZOHQ; eiiec- N; eic- A
[8] operarii CNDBZOHA; operamini K

**9**

*De filiis uel filiabus infra septa monasterii sub regulari disciplina a parentibus traditis[1]*

Addidisti adhuc quod si pater uel mater filium filiamue[2] intra septa monasterii in infantie annis sub regulari tradiderunt[3] disciplina, utrum liceat eis postquam ad[4] pubertatis inoleuerint[5] annos egredi et matrimonio [47vb] copulari. Hoc omnino deuitamus quia nefas est ut oblatis a parentibus Deo filiis uoluptatis frena laxentur.

*Gregory II; JE 1667; Coll.Sem. 1.203; ID 7.15 as Greg. III to Augustine (cf c 5 above); C 20 q 1 c 2*

---

[1] De filiis – traditis (tradita KN) CRXSKNDBVP; Cuius supra ZGOHA
[2] filiamue RXSKNDBVP; uel filiam CLW; filiamque ZJGOHA
[3] -erunt CRXNDBZOHA; -erint SKD[2]
[4] -d *ss* C
[5] -int CKDBZOHA; -unt N

**10**

*De causa Maximi Salonitani[1] episcopi. Sacramento firmaturi se simoniaca heresi non teneri[2]*

---

[1] Sal- CRXSKDBPZOA; Sol- N; Salotani V; ? H
[2] Sacr. - teneri CRXSKNBVP (heresi non teneri *in upper mg.* K); *om.* ZGOHA

Gregorius Casterio notario nostro Rauenne. Quanto creditur[3] a nobis et necessarias uides causas iniungi, tanto[4] strenuum debes[5] et sollicitum exhibere. Proinde si Maximus Salonitanus[6] prestito sacramento firmauerit se[7] symoniaca heresi non teneri, atque[8] aliis ante corpus sancti Apollinaris tantummodo[9] requisitus innoxium se esse responderit, et de[10] inobedientia sua[11] sicut deputauimus egerit penitentiam[12], uolumus ut ad consolandum illum epistolam quam ad eum scripsimus ubi ei et gratiam nostram et communionem redidisse signauimus experientia[13] tua dare debeat[14]. Quia sicut in contumacia persistentibus seueros esse nos[15] conuenit, sic tamen[16] humiliatis[17] et penitentibus locum uenie negare non debemus.

*Reg. 9.178; JE 1705; Coll.Sem. 1.204; C 2 q 5 c 8*

---

3 -itur CKDBZOHA; -untur N
4 te *add.ss* K$^2$D$^2$
5 debes CRXKNDBVPZOHA; debes te C$^2$V$^2$, *om.* L; te L$^2$; te debes *after* sollic. S
6 Salon- RSWKNBVPO; Salon- episcopus CL; Solom- R; Solon- ZHQA
7 se CRXSKNBV; *om.* ZGOHA
8 de *add.* C$^2$, *om*. CLRXSKNDBVZOHA
9 -modo *ss* N
10 de CRXSKNBV; *om.* ZJGOHQA
11 (et A) penitentiam *add.* ZJHQA, penitentia *add.* GO, *om.* CRXSKNBV
12 penitentiam CRXSKNBV; *om.* ZJGOHA
13 -igentia N
14 dare deb. CRKNVPZOHA; deb. dare B
15 esse nos CRXKBVPZGOA; nos esse NDHQ
16 tamen CLRKNBZOHA; tantum X; *om. with lacuna* S
17 -atis CRXSKNZVPGOQ$^2$A; -tatis BHQ

## 11

*De eadem causa*

Gregorius Martiniano[1] episcopo Rauenne. Que de causa Maximi sint agenda ex epistolis[2] quas ad uos[3] transmisimus[4] agnouistis. Sed quia qualis[5] hac[6] de re fraternitatis uestre uoluntas sit magis a presentium latore Castorio[7] cartulario nostro renuntiante cognouimus, ideo si idem[8] Maximus coram uobis et predicto cartulario nostro[9] de symoniaca heresi se sacramento purgauerit atque de[10] aliis ante corpus sancti[11] Appollinaris ut scripsimus tantummodo requisitus liberum se esse responderit, causam ipsius fraternitatis uestre de eo quod excommunicatus missarum[12] sollempnia agere[13] presumpsit[14] iudicio comittimus[15] qua habeat penitentia talis culpa pregrauari. et ideo[16] quicquid uobis secundum Deum placet secure[17] disponite. nec aliquid de nobis dubium habeatis. Nam quicquid [48ra] a uobis hac de causa fuerit ordinatum nos et grate suscipimus et libenter admittimus[18].

---

1 -ni- *ss* Z
2 ex epistolis CSNDBVZJGOHQ$^2$; exemplis KA; ? Q
3 ante *add.* ZGOHA, *om.* CRXSKNBV
4 transmisimus CLXSWKNZOHA; misimus RBVP
5 qualis CKBZOHA; qualiter N; qual' D
6 *corr. fr.* ac O
7 *corr. fr.* -erio N; Cast. lat. *marked for reversal* O
8 si idem CKDBZOA; *lacuna and* de N
9 renuntiante cognouimus ideo - nostro *repeated in mg.* A; *only in mg.* H
10 *ss* Z
11 Vitalis *add. and canc.* Z
12 missarum CKDBZOHA; mysteria N
13 soll. agere CRKNVPO(*with* cor *add. and canc.*)HA; agere soll. B; soll. agre Z
14 *corr. fr.* -serit Z
15 -t- *ss* H
16 quod excommunicatus - et ideo *om.* G
17 -ure CRXKNBV; *om.* S; -uri ZGOHA
18 admitt- CSKNBGHQA; amitt- ZO

*Reg. 9.177; JE 1704; Coll.Sem. 1.205; C 2 q 5 c 9*

**12**

*Captiuos redimendos de rebus ecclesiasticis*

Gregorius Demetrio et Valeriano clericis Firmianis. Sacrorum canonum statuta[1] et legalis permittit auctoritas licite res ecclesiasticas in redemptione captiuorum impendi, et ideo que docti[2] a uobis sumus ante annos xviii[3] seu quod Fauium episcopum ecclesie Firmiane pro redemptione uestra ac patris uestri Passiui[4] fratris et episcopi[5] nostri tunc uero clerici necnon[6] undecim matris uestre libras argenti de eadem ecclesia hostibus[7] impendisse atque ex hoc quandam formidinem ne hoc quod datum est a uobis quolibet tempore repetatur, huius precepti auctoritate suspitionem uestram preuidimus auferendam, constituentes nullam uos exinde[8] heredesque uestros quolibet tempore repetitionis molestiam sustinere, nec a quoquam uobis aliquam[9] obici questionem.

*Reg. 9.52; JE 1582; Coll.Sem. 1.208; ID 3.145; +C 12 q 2 c 15*

---

[1] statuta CKDBZOHA; instituta N
[2] *ss* K
[3] xviii CSKNBZOA; xvii HQ
[4] Passiui CRNDPZOHA; Passa ui S; Pasilii *corr. to* Basilii K; Passini B
[5] episcopi RXSKNBVPZOHA; coepiscopi CLWV[2]
[6] -non *ss* Z
[7] eadem eccl. hostibus LRXSWKNBVPZJOHQ; eccl. eadem hostibus C; eadem hostibus eccl. A
[8] uos exinde CKNBZOHQ; exinde uos A
[9] *in mg.* O

**13**

*De symoniaca[1] heresi eradicanda et de episcopo non alicuius gratia[2] faciendo*

Gregorius uniuersis episcopis per Elladam prouinciam constitutis. Quibusdam narrantibus agnoui quod in illis partibus nullus ad sacrum ordinem sine commodi datione perueniat. Quod si ita est, flens dico, gemens denuntio, quia cum sacerdotalis ordo intus ortus cecidit, foris quoque diu stare non poterit. Scimus quippe[3] ex euangelio quid Redemptor noster per semet ipsum[4] fecerit, quia ingressus templum cathedras uendentium columbas euertit. Columbas enim uendere est de Spiritu Sancto quem Deus omnipotens consubstantialem[5] per impositionem manuum hominibus tribuit[6]. commodum temporale percipere. Ex quo ut predixi[7] malo iam[8] innuitur quia qui in templo Dei columbas uendere presumpserunt, eorum Deo iudice cathedre ceciderunt. Qui uidelicet error [48rb] in subditis propagatur cum augmento. Nam ipso quo quisque ad sacrum honorem perducitur iam in ipsa prouectus sui radice uiciatus paratior est aliis uenundare quod emit. Et[9] ubi est[10] quod scriptum est, Gratis accepistis[11], gratis date?[12] Et cum primo contra[13] sanctam ecclesiam symoniaca

---

[1] -ca *ss* C
[2] non alic. gr. CKDBZOH?A; alic. gr. non N
[3] quippe CKDBZOHA; quidem N
[4] ipsum CKNBZOHQ; ipse A
[5] constantialem A
[6] tribuit CKDBZOHA; tradidit N
[7] pre- *ss* N
[8] iam CKDBZOHA; *om.* N
[9] Et CRDBZOHA; At KN
[10] *ss* C
[11] Grat. acc. *ss* O
[12] date CKNBZOHQ; dare A
[13] *in mg.* S

heresis sit exorta[14], cur non perpenditur[15], cur non uidetur, quia eum quem cum precio quis ordinat prouehendo agit ut[16] hereticus fiat? Ideoque hortamur ut uestrum nullus denuo hoc fieri patiatur. Sed neque gratia alicuius[17] neque supplicatione[18] aliquos ad sacros ordines audeat promouere nisi eum quem uite et actionis[19] qualitas ad hoc dignum esse monstrauerit. Nam si aliter factum denuo[20] senserimus districta[21] et canonica illud[22] noueritis ultione[23] compesci.
*Reg. 5.63; JE 1379; Coll.Sem. 1.209; ID 5.108; +C 1 q 1 c 117*

---

[14] *after corr.* N
[15] perp- CLRXKNBZOQA; imp- H (cur non perp. *om.* S)
[16] *ss* H
[17] neque grat. alic. *repeated and canc.* O
[18] -ione CKNBZOHQ; -ionem A
[19] act- CKNBZHA; auct- O
[20] fieri patiatur. Sed neque - denuo *in upper mg.* V
[21] *after corr.* H
[22] ullud N
[23] -ione CKNBZOH; -ionem A

## 14

*Quod episcopus non debeat[1] grammaticam exponere*

Gregorius Desiderio episcopo Gallie[2]. Cum multa nobis bona[3] fuissent de uestris studiis nunciata, ita cordi nostro est nata leticia ut negari[4] ea que sibi uestra fraternitas[5] concedenda[6] poposceret[7] minime paterentur[8]. Sed post hoc peruenit[9] ad nos quod sine uerecundia memorare[10] non possumus, fraternitatem tuam gramaticam quibusdam[11] exponere. Quam rem ita moleste suscepimus ac sumus uehementer[12] aspernati ut ea que prius dicta fuerant in gemitum et tristiciam uerteremus[13] quia in uno se[14] ore cum Iouis laudibus Christi laudes non capiunt. O quam graue nefandumque sit episcopis[15] canere quod nec[16] laico religioso[17] conueniat ipse considera.
*Reg. 11.34; JE 1824; Coll.Sem. 1.210; ID 4.161 from* Peruenit ad nos*, 5.199a as BD 1. 97a; D 86 c 5*

---

[1] ep. non debeat CRBVOHQA; ep. non debet KND; non debet ep. Z
[2] ep. Gall. CKDBZOHA; Gall. ep. N
[3] bona CKNBZJOHQ; bono A
[4] -ari CRXSKNBV; -are ZJOHA
[5] uestra frat. CRKNVPZO(*followed by erasure*)HA; frat. uestra B
[6] condecenda P
[7] -eret C[2]RXSWKDBVP; posceret L; poposcisset N; -erat CZJOHA
[8] paterentur CNDBZOHA; pateremur K
[9] per- *ss* N
[10] me- *ss* BZ
[11] -dam *ss* O
[12] -enter CRXSKNBV; -entius ZOHA
[13] -re- *ss* K
[14] quia - se *repeated and canc.* H
[15] sit ep. CKNBZOQA; ep. sit H
[16] *ss* Z
[17] -so *ss* O

## 15

*De episcopo qualiter agere debeat[1] erga suos clericos*

Gregorius Iohanni episcopo Panormitano. Si quid igitur de quocumque[2] clerico ad aures tuas peruenerit quod iuste possit offendere, facile non credas. Nec ad uindictam[3]

---

[1] agere debeat CRXSKNBV; agat ZOHA
[2] quo- *ss* B
[3] *corr. fr.* uinctam V

te res accendat[4] incognita, sed presentibus senioribus ecclesie tue diligenter est ueritas perscrutanda [48va] et[5] tunc si qualitas rei poposcerit, canonica districtio culpam feriat delinquentis[6]. Hec[7] itaque omnia sic sollicite ac mansuete[8] studii tui sit custodire, quatinus nec tu promissionis tue uidearis[9] immemor extitisse, nec illi iustam contra te occasionem inuenire ualeant murmurandi.
*Reg. 13.46; JE 1911; Coll.Sem. 1.212; D 86 c 23, C 15 q 7 c 2, both to* delinquentis

---

[4] res accendat CRKDVPZOHA; accendat res N; res accedat B
[5] et CKDBZOHA; at N
[6] *corr. fr.* -tes H
[7] Hec CXSKNBVHA?; Hoc ZOHQ
[8] *corr. fr.* manifeste $L^2$
[9] *corr. fr.* -deris H

### 16

*De Iudeis a suis sollempnitatibus non prohibendis*

Gregorius Paschasio episcopo Neapolim[1]. Qui sincera[2] intentione extraneos a[3] Christiana religione ad fidem cupiunt rectam adducere blandimentis debent[4], non asperitatibus studere, ne quorum mentem reddita a plano ratio poterat prouocare pellat procul aduersitas. Nam quicumque[5] aliter agunt et eos sub hoc uelamine a consueta ritus sui uolunt cultura remouere suas illic[6] magis quam Dei[7] probantur causas accendere. Iudei siquidem Neapolim habitantes questi nobis sunt asserentes quod quidam eos a quibusdam feriarum suarum sollempnitatibus irrationabiliter nitantur arcere[8], ne illis sit licitum festiuitatum suarum sollempnia colere, sicut eis nunc usque et parentibus eorum longis retro temporibus licuit obseruare uel colere. Quod si[9] ita se ueritas habet, superuacue[10] rei uidentur operam dare. Nam quid[11] utilitatis est quando et[12] si contra longum usum fuerint[13] uetiti[14] ad fidei illius conuersionem[15] nil[16] proficit? Aut cum Iudeis[17] qualiter cerimonias suas colere[18] debeant regulas ponimus si per hoc eos lucrari non possumus? Agendum est ergo[19] ut[20] potius[21] ratione et mansuetudine prouocantes sequi nos uelint, non fugere, ut eos eorum codicibus ostendentes que dicimus ad sinum matris ecclesie Deo possimus adiuuante conuertere. Itaque fraternitas tua eos monitis prout potuerit[22] Deo adiuuante[23] ad conuertendum accendat, et de suis illos[24] sollicitudinibus[25] [48vb] inquietari denuo non permittat, sed

---

[1] -olim CSKNBZOQA; -oli H
[2] sincera CXSKNBVZ; scincera R; sin certa OHQA; incerta $H^2$; sine certa $Q^2$
[3] *ss* C
[4] *ss* O
[5] quicumque CRXSKNBV; quique ZOHA
[6] illic CKDBZOHA; illinc N
[7] *ss* Z
[8] *corr. fr.* acere O
[9] *ss* A
[10] superuacue $CK^2DBZOHA$; sruacue K; *lacuna and* uacue N
[11] quid LRSWDBVPZOHA; quod CXK; ? N
[12] et CKNBZOHQ; est A
[13] *corr. fr.* fuerit N
[14] *corr. fr.* uenti B
[15] -ionem CRKNBZOHQ; -ione A
[16] nil CSKNBZO; nichil HQA
[17] Iudeis CKN?BZOHQ; uideris A
[18] *an erasure follows in* O
[19] est ergo $LRXSKNDV^2P$; ergo C; est B; ergo est ZJOHA
[20] *ss* N
[21] et *add.* KND, *om.* CSBVPZOHA
[22] potuerit CRSKDVZOHA; poterit BN
[23] conuertere. Itaque - adiuuante *om.* P
[24] illos CKD(*after* sollic.)BZOHA; eos N

omnes festiuitates feriasque[26] suas sicut hactenus tam ipsi quam parentes eorum per longa colentes retro tempora tenuerunt liberam habeant obseruandi celebrandique[27] licentiam.

*Reg. 13.15; JE 1879; Coll.Sem. 1.216; ID 13.105 from* Iudei siquidem - operam adhibere *[for* dare*]; +D 45 c 3*

---

[25] sollicitudinibus LRXSWKNVPZJOHA; sollempnitatibus CV[2]; sollicitudini B
[26] -que *ss* Z
[27] *ss* L[2]

## 17

*Gregorius papa ad Ianuarium episcopum. De eo quod die dominica[1] ad exarandam messem[2] perrexit et terminos eradicare non timuit[3]*

Tanta autem nequitia ad aures meas de tua senectute peruenit ut eam nisi adhuc[4] humanitus[5] pensaremus fixa iam maledictione feriremus. Dictum quippe mihi est[6] quod dominicorum die priusquam missarum sollempnia celebrares, ad exarandam messem latoris presentium perrexisti,[7] post missarum sollempnia[8] etiam[9] terminos possessionis illius eradicare minime timuisti, quod factum que pena debuit insequi omnes qui audiunt sciunt. Et quidem pene sententia in te[10] fuerat[11] iaculanda sed quia simplicitatem tuam cum senectute nouimus interim taceamus. Eos uero quorum consiliis hec egisti[12] in duobus mensibus excommunicatos esse decernimus[13], ita ut si quid eis inter[14] duorum mensium spacium humanitus euenerit, benedictione uiatici non priuentur, deinceps autem ab eorum consiliis cautus existe, te quoque sollicite custodi, ne si eis in malo discipulus fueris quibus magister in bono[15] esse debuisti, nec simplicitati tue nec ulterius senectuti parcamus.

*Reg. 9.1; JE 1525; ID 5.312 as BD 1.197, 2.78 as here; D 86 c 24 is widely var.*

---

[1] -ica CXSWKNDBV; -ico R; -icam P
[2] Ianuarius episcopus *add.* SKNDV, *om.* CRXWBP
[3] De - timuit CRXSWKNDBVP; *om*. ZOHA
[4] *corr. fr.* -huic H
[5] *corr. fr.* -itas Z
[6] mihi est CSKNBZO; est mihi HQA
[7] et *add.* K[2]; et post exarationem eius missarum sollemnia celebrasti *add.* ZJOHA, *om.* CRXSKNDBVP
[8] celebrares ad exarandum – sollempnia *in mg.* R
[9] etiam CRSDBZOHA; et KN
[10] in te *ss* S[2]
[11] fuerat CRKNVPZOHA; fuerit B
[12] egisti CSKNBZA; egistis O; egesti H
[13] decernimus CSKNBZOA; decreuimus HQ
[14] inter CSKNBQA; intra ZOH
[15] mag. in bono CLRXBVZOHA; in bono mag. SKND

## 18

*Decretum Gregorii pape. De quiete monachorum[1]*

Quam sit necessarium monasteriorum quieti prospicere et de eorum perpetua securitate tractare ante actum[2] nos officium quod in regimine cenobii exhibuimus[3] informat, et quia in plurimis monasteriis multa a presulibus preiudicia atque grauamina monachos[4] pertulisse cognoscimus, oportet ut nostre fraternitatis prouisio de futura quiete eorum [49ra] salubri disponat ordinatione. quatinus conuersantes in illis in Dei seruitio gratia ipsius suffragante mente libera perseuerent[5]. Sed ne ex ea

---

[1] Decretum – mon. *in mg.* J
[2] ante actum CRKNVPZOHA; actum ante B
[3] -h- *ss* B
[4] -achos CKNBOHA; -acho Z
[5] -erent CKDBZOHA; -eretur N

que magis emendanda[6] est consuetudine quisque monachis quicquam[7] molestie presumat inferre, necesse est ut hec que inferius enumerenda curauimus ita studio fraternitatis episcoporum debeant custodiri, ut ex eis non possit ulterius inferende inquietudinis occasio repperiri. Interdicimus igitur in nomine Domini nostri Iesu Christi et ex auctoritate beati Petri principis apostolorum[8] prohibemus cuius uice huic ecclesie Romane presidemus ut nullus episcoporum aut secularium ultra presumat de redditibus uel rebus uel kartis monasteriorum uel de cellis uel[9] uillis que ad ea pertinent quocumque modo uel[10] qualibet occasione minuere uel dolos uel immissiones aliquas facere. Sed si qua causa forte inter terram uenientem ad partem suarum ecclesiarum et monasteriorum euenerit et pacifice non potuerit ordinari, apud electos abbates et alios patres timentes[11] Deum sine uoluntaria dilatione mediis sacrosanctis euangeliis finiatur[12]. Defuncto uero abbate cuiusque congregationis non extraneus nisi de eadem congregatione quem sibi propria uoluntate concors fratrum societas elegerit, et qui electus fuerit sine dolo uel uenalitate aliqua[13] ordinetur. Quod si aptam inter se[14] personam inuenire nequeunt[15]. sollerter sibi de aliis monasteriis similiter eligant ordinandum[16]. Neque constituto abbate quecumque persona qualibet occasione[17] preponatur, nisi forte exstantibus quod absit criminibus que sacri canones punire monstrant[18]. Pariter autem custodiendum est ut inuito[19] abbate ad ordinanda alia monasteria aut ad ordines sacros[20] uel clericatus officium[21] tolli exinde monachi [49rb] non debeant.
*JE+1366; ID 7.11 as here; IP 3.181 from* Defuncto uero abbate*; C 18 q 2 c 5 is widely variant*

---

6 emen- CKNBZOHQ(*corr. fr.* emenda); eman- A
7 quicquam CKBZOHA; quisquam N; quisque D
8 princ. ap. CXKNB; ap. princ. VZOHA
9 de *add.* K, *om.* CRNDBZOHA
10 modo uel LRWKDBVPZOHA; uel *ss* C; *om.* X; modo N
11 *repeated and canc.* O
12 finiatur CRKNVPZOHA; firmatur B
13 aliqua CKNBZOHQ; aliquas A
14 *ss* C
15 nequeunt CKDBZOHA; nequiuerit N
16 ordinandum CKDBZOHA; ordinationem N
17 quec. per. qual. occ. CRBZOHA; quicumque qual. occ. S; qual. occ. quec. per. KN
18 monstrant CXSKNBV; monstrantur ZOHA
19 *corr. fr.* iniucto O
20 ord. sac. CRKNVPZOHA; sac. ord. B
21 -cium CKNBZOHQ; -cii A

**19**

*Quod dyaconi non debent seruire modulationi uocis. Gregorius episcopus urbis Rome dixit*[1]

In sancta hac[2] Romana ecclesia cui diuina dispensatio preese me uoluit, dudum consuetudo est ualde reprehensibilis exorta, ut quidam ad sacri altaris ministerium cantores eligantur et in diaconatus ordine constituti modulationi uocis inseruiant, quos ad predicationis officium et elemosinarum[3] studium uacare congruebat. Vnde fit plerumque ut ad sacrum ministerium dum blanda uox queritur, queri congrua uita negligatur, et cantor minister Deum moribus stimulet cum[4] populum uocibus

---

1 Quod - uocis. Greg. - dixit (Greg. - dixit *as beg. of text* KD) CLRXKDP; S *very feint;* Quod - uocis NB; Greg. dixit. Quod - uocis V; Greg. - dixit (Quod - uocis *in mg.*) ZJO; Greg. - dixit (dixit urbis Rome *marked for reversal*) H; Greg. dix. (*mg.*) Quod - mod. uoc. seru. Q; Greg. dixit. Quod diaconi non (*only*) A
2 sancta hac CKDBZOHQ; hac sancta NA
3 -arum CKNBOHQA; -arium Z
4 cum CKDBZOHA; dum N

delectat[5]. Qua de re[6] presenti decreto constituo[7] ut in sede hac sacri[8] altaris ministri cantare non debeant, solumque euangelice lectionis[9] officium inter missarum sollempnia exsoluant[10]. Psalmos uero ac reliquas[11] lectiones[12] per subdiaconos uel si necessitas exigit per minores ordines[13] exhiberi censeo[14]. Si quis autem contra hoc[15] decretum meum uenire[16] temptauerit, anathema[17] sit.
*C. Rome 595 c 1; Reg. 5.57a; H 746a-b; Coll.Sem. 1.166; Br fo. 78v; ID 2.79; +D 92 c 2*

---

5 *corr. to* -et B
6 re C²RXSKNBZOHA; *om.* CL
7 constituo CRXSKNBVPZOHQ; constituto LR²WA
8 sede hac sacri CRKNVPZOHA; sacri sede B
9 *corr. fr.* elect- Z
10 exsol- CRSKVOHA; exsoluater P; exol- BZ
11 -quas CKNBZOHQ; -quias A
12 censeo *add.* ZOHQA, *om.* CRXSKNBVP
13 *corr. fr.* homines H?
14 censeo CRXSKNBVP; *om.* ZOHA
15 contra hoc CRSBVPZOHA; hoc contra KND
16 *in margin* C
17 -h- *ss* A

## 20

### *Ex epistola ad[1] Leandrum[2]. De trina mersione[3]*

De trina mersione baptismatis[4] nichil responderi uerius potest[5] quam ipsi sensistis[6], quia in una fide nichil officit sancte ecclesie consuetudo diuersa. Nos autem quod[7] tercio mergimus, triduane sepulture sacramenta signamus. Et dum[8] tercio ab aquis infans educitur[9], resurrectio triduani temporis exprimitur.
*Reg. 1.41; JE 1111; H 733a, M 1103-4; ID 1.130 has more; IP 1.60 has more; De cons. D 4 c 80*

---

1 *corr. fr.* a O
2 Leandrum LRXKNDVZJOHA; Alexandrum CSBQ; Eleandrum W; Lerand<r>um P
3 De trina mers. Exempla ad Alexandr' S; Ex - mers. *in mg.*, Ex registro Gregorii libro i *in text* Q
4 *corr. fr.* -isba- H
5 putest N
6 -istis CKNBZOQA; -isti H
7 quod CKDBZOHA; quia N
8 dum CNDBZOHA; cum K
9 *corr. fr.* -etur H

## 21

### *Ex registro Gregorii libro primo. Quod qui omnipotenti Deo se sub monachico habitu deuouet se non subtrahat[1]*

Ananias Deo pecunias uouerat quas post Diaboli uictus persuasione[2] subtraxit, sed quia[3] morte multatus est[4] scis. Si ergo ille mortis periculo dignus fuit, qui eos[5] quos dederat nummos Deo abstulit considera quanto periculo in diuino iudicio dignus[6] eris qui non nummos sed temet ipsum [49va] omnipotenti Deo cui te[7] sub monachico habitu deuoueras subtraxisti.
*Reg. 1.33; JE 1103; +C 17 q 1 c 3*

---

1 Quod - subtrahat CXS(*before* Ex)KNB; *om.* ZOHA; Q *has here only rubric to c 22, which is repeated before c 22*
2 -ione CKNBZOHQ; -ionem A
3 quia CRSDBZOHQA; qu a K; qua ND²
4 est CXKDBZOHA; *om.* S; sit S²N
5 eos CRKNVPZOHA; *om.* B
6 si *add.* N, *om.* CKDBZOHA
7 cui te CKDBZOHA; *om.* N

**22**

*Gregorius Augustino. Quod potior usus ecclesie sit tenendus*

Nouit fraternitas tua Romane ecclesie consuetudinem in qua se meminit nutritam. Sed mihi placet ut siue in Romana[1] siue in Gallicorum[2] seu[3] in qualibet ecclesia inuenisti quod plus omnipotenti Deo possit placere[4], sollicite eligas[5], et in Anglorum ecclesia que adhuc in fide noua est institutione precipua que de multis ecclesiis colligere potueris infundas, Non enim pro locis res, sed pro rebus loca amanda sunt. Ex singulis ergo quibusque ecclesiis que pia, que religiosa, que recta sunt elige, et hec quasi in fasciculum collecta apud Anglorum mentes in consuetudinem depone[6].

*JE 1843; H 738b, M 1122; Tc 103; ID 2.80; +D 12 c 10*

---

[1] -ano B; *corr. fr.* -ane P
[2] *corr. fr.* -quorum H
[3] seu CKNBZOQA; siue H. in qua se meminit – seu *in mg.* L[2]
[4] poss. plac. CKDBZOHA; plac. poss. N
[5] eligas CRXSBVZOHA; agas KND
[6] depone CSNBVZOHA; deponere K; pone D

**23**

*Cuius supra[1]. Quod non recipienda sint furta cum augmento[2] ab ecclesia[3]*

Sunt quidam qui[4] habentes subsidia[5] furtum perpetrant, et sunt alii qui in hac re ex inopia delinquunt. Vnde necesse est[6] ut quidam dampnis, quidam uerberibus, quidam districtius, quidam uero leuius corrigantur[7]. Sed absit ut ecclesia cum augmento recipiat quod de terrenis rebus uidetur amittere[8], et lucra de uanis querat.

*JE 1843; H 738b, M 1122 (mod.); Tc 104; ID 13.5*

---

[1] Cuius supra CRXKNBVP; *om.* S; Eiusdem ZOHA
[2] cum augmento *after* Quod KND; *here* CLRXBVPZOHA
[3] Quod – ecclesia *in mg.* ZJO
[4] *ss* C
[5] -si- *ss* B
[6] *ss* O
[7] *repeated and canc. O*
[8] am- CKDBZOHA; adm- N

**24**

*Eiusdem. Vt nichil accipiatur pro ordinatione, uel pallio uel kartis[1]*

Antiquam[2] patrum regulam sequens nichil unquam de ordinationibus accipiendum esse[3] constituo, neque ex datione pallii neque ex traditione kartarum neque ex ea quam noua per ambitionem inuenit simulatio appellatione pastelli. Quia[4] enim ordinando episcopo pontifex manum imponit, euangelicam uero lectionem[5] minister legit, confirmationis huius[6] epistolam notarius scribit. Sicut episcopum[7] non decet manum quam imponit uendere, ita minister uel notarius non debet in ordinatione[8] eius uocem suam uel calamum uenundare. Pro ordinatione ergo et pro pallio, kartis atque pastello[9] [49vb] eundem qui ordinandus est[10] uel qui ordinatus est aliqua dare prohibeo. Ex quibus predictis rebus si quis aliquid commodi appellatione exigere uel

---

[1] Vt - kartis *in mg.* ZJO
[2] Antiquam CKNBZOHQ; Antequem A
[3] accip. esse RXSKNBVPZOHA; esse accip. CLW
[4] Quia CKDBZOHA; Quod N
[5] uero lect. CKDBZOHA; lect. uero N
[6] huius LRSWKNBVPZOHA; eius C
[7] Sicut ep. CKDBZOHA; Si coep. N
[8] -ione CLRXSWKVPH; -ionem N?DBZOQA?
[9] -ello CKDBZOHA; -ellis N
[10] *ss* V

petere forte presumpserit, in districto omnipotentis Dei examine reatui[11] subiacebit[12]. Is autem qui ordinatus fuerit si non ex placito[13] neque exactus ac petitus post acceptas kartas et pallium offerre aliquid cuilibet ex clero gratie tantummodo causa uoluerit, hoc[14] accipi nullomodo prohibemus, quia eius oblatio nullam[15] culpe maculam gerit, que ex ambientis petitione non processit.
*C. Rome (595) c 5; Reg. 5.57a; H 746-7, M 1131; Tc 105; ID 5.109; IP 3.14 (*Ordinando episcopo - scribat *only)*

[11] reatui CKNBZOHQ; ratui A
[12] -ebit CSKNBZOH[2]Q; -ebat HA
[13] ex placito CKNBZOHQ; explicito A
[14] *corr. fr.* hic Z
[15] qui *add.* A

**25**

*De seruis ad ecclesiam uenire uolentibus[1]*

Multos[2] ex[3] ecclesiastica familia nouimus ad omnipotentis Dei seruitium festinare, ut ab humana seruitute liberi in diuino seruitio ualeant in monasteriis conuersari. Quod si passim dimittimus omnibus fugiendi[4] ecclesiastici[5] iuris[6] dominium[7] occasionem prebemus[8]. Si uero festinantes ad omnipotentis Dei seruitium incaute retinemus, illi inuenimur negare[9] quedam qui dedit omnia. Vnde necesse est ut si quis ex uiris ecclesiastici seruitute ad Dei omnipotentis seruitium conuerti desiderat, probetur prius in laico habitu constitutus. Et[10] si mores illius atque conuersatio bono desiderio eius testimonium ferunt, absque ulla[11] retractione seruire in monasterio omnipotenti Deo permittatur[12], et ab humano seruitio liber recedat, qui pro diuino amore districtiorem seruire[13] appetit seruitutem.
*C. Rome (595) c 6; Reg. 5.57a; H 747, M 1131-2, c 6; Coll.Sem. 1.167; Tc 106; D 54 c 23 has more*

[1] uolent- LRXS[2]WNDBPZOHA; nolent- CL[2]SK; V *obsc. altered*
[2] *corr. fr.* Multis A
[3] ex CSKNBZOQ[2]A; *om.* HQ
[4] -endi CKNBZO[2]HQ; -enti OA
[5] -ici CKNBZOQA; -icis H
[6] iuris CRKDVPZOHQA; uiris N; iuri B
[7] *corr. fr.* -inum O
[8] occ. preb. *in mg.* N
[9] inuenimur (-mus A) neg. CRSBZOHA; neg. inuenimus KND
[10] Et CKDBZOHA; At N
[11] ulla CKDBZOHA; *om.* N
[12] *after corr.* H
[13] dist. seruire CRK(subire *add.* K[2])DBZOHA; Christi iure *after corr.* N

**26**

*De uiro contra uoluntatem mulieris in monasterium ingresso. Ex registro Gregorii ad Adrianum cp. lxxx[1]*

Agathosa[2] presentium latrix questa est maritum suum contra uoluntatem suam in monasterio Vrbici abbatis esse conuersum. Quod ad eiusdem abbatis culpam et inuidiam non est dubium pertinere experientie tue precipimus, ut diligenti inquisitione [50ra] discutias ne forte cum eius uoluntate conuersus sit uel ipsa se mutare[3] permiserit. Et[4] si hoc reppereris[5] et illum permanere in monasterio prouideas et hanc

[1] Ex - lxxx *before* De uiro SKNDH
[2] Agathosa CKNBZOHQ; Satosa A
[3] *corr. fr.* mitare C
[4] Et CKDBZOHA; At N
[5] reppereris CKDBZOA; repperis N

sicut promisit mutare compellas. Si uero nichil hoc est, nec quoddam[6] fornicationis crimen propter quod uiro licet uxorem relinquere predictam mulierem[7] commisisse cognoueris, ne[8] illius conuersio uxori[9] relicte in seculo fieri possit perditionis occasio, uolumus ut maritum suum illi uel[10] si iam tonsoratus sit reddere omnino debeas, excusatione[11] cessante. Quia et si mundana lex precipit conuersionis gratia utrolibet[12] inuito solui posse coniugium diuina lex non permittit. Nam excepta causa fornicationis[13] uirum uxorem relinquere nulla ratio concedit, quia postquam copulatione coniugii uiri atque mulieris unum corpus efficitur, non potest[14] ex parte conuerti et ex parte in seculo manere.
*Reg. 11.30; JE 1820; Reg. P App. 2.33 (c. clxxx); Tc 26; ID 8.186 (as BD 9.48 (*c 80*); IP 6.84; C 27 q 2 c 21*

---

[6] *ss* V
[7] *corr. fr.* muliem O
[8] ne CRKN$^2$DVPZOHA; neque N?; nec B
[9] uxori CKNBZOHQ; uxoris A
[10] *ss* K
[11] -ti- *ss* N
[12] utro- CRSK$^2$NBZOQA; ultro- KH
[13] causa forn. LRXSKNBPZOHA; forn. causa CW
[14] potest CKNBZOHQ; pat' A

## 27

*Ex epistola Gregorii pape. Quos[1] familiares episcopus habere debeat[2]*

Verecundus mos tempore[3] discretionis inoleuit[4], ut pontificibus ad secreta cubili[5] seruitia laici pueri ac seculares obsequantur. Et cum[6] pastoris uita esse discipulis semper[7] debeat[8] in exemplo, plerumque[9] clerici qualis in secreto[10] cubilis sit nesciunt, quam tamen ut dictum est seculares pueri sciunt. De qua re presenti decreto constituimus ut quidam ex clericis uel ex monachis electi in ministerio cubilis pontificalis obsequantur, ut his[11] qui in loco est regiminis habeat testes qui ueram[12] eius in secreto conuersionem uideant[13], et ex uisione sedula exemplum[14] profectus sumant.
*C Rome (595) c 2; Reg. 5.57a; H 746b, M 1130, c 2; Br fo. 78v; cf Tc 11; C 2 q 7 c 58 from* Cum pastoris uita *with AL 6.128*

---

[1] *corr. fr.* Quod KZ
[2] episcopus (*ss* V) habere debeat CRXKNBVP; habere debeat episcopus SJOHQ; debeat habere episcopus Z; habere debeat A
[3] tempore CRXSKNBVPA; torpore ZOHQ
[4] inol. temp. disc. *marked for reversal* N
[5] -ili CSKDBA; -iculi ZO; -ilis NHQ
[6] cum CKNBZOHQ; *om.* A
[7] esse *add. and canc.* Z
[8] esse *add.* R$^2$SB, *om.* CLXWKNVPZOHA; *but for* Z *see prev. note*
[9] plerumque CKBVZOHA; populumque N; plurimumque D
[10] *corr. fr.* secreo O
[11] his CLRH; is KNBVPZOQA
[12] ueram CNDBZOHA; uera K
[13] conuersionem uideant CRXSKDBV; uideant conuersionem N; conuersationem uideant D$^2$PZOHA
[14] exem- *in mg.* K

## 28

*Quod qui nobilitatem Dei a se eicit[1] nobilitate loci priuetur[2]*

Adam primus homo pro peccato de Paradyso eiectus est, hoc est qui nobilitatem[3] Dei a se deicit, nobilitate loci priuetur.

---

[1] eicit CRXSBVP; deicit KND
[2] Quod - priuetur CRXKNBP; Greg. Quod - priu. S; Idem ZOHA

*JE+1967; Tc 12; ID 5.320 as BD 1.206; +D 40 c 11*

[3] nobilitatem CSKNBZO[2]HQ; ex nobilitatem O; ex nobilitate A

**29**

*Item ex epistola eiusdem. De accusato presbitero qualiter purgandus sit* [50rb]

Sacerdos uel quilibet clericus a populo[1] accusatus si certi non fuerint testes qui crimini illato approbent ueritatem, iusiurandum in medio erit, et illum testem[2] proferat de[3] innocentie sue puritate[4], cui nuda et aperta sunt omnia. sicque maneat[5] in proprio gradu.

*Gregory II; JE 2174; ID 6.231 as BD 2.186; IP 5.9; C 2 q 5 c 5 to* sunt omnia

[1] a populo CKNBZOHQ; apostolo A
[2] testem CKNBZOHQ; testes A
[3] de CKNBZOHQ; ad A
[4] -tate CKDBZOHQ; -ta N; -tatem A
[5] maneat C(-t *ss*)KNBZOHQ; permaneat A

**30**

*Quod se ingerentes sint repellendi[1]*

Sicut qui inuitatus renuit quesitus refugit, sacris est[2] altaribus admouendus, sic qui ultro ambit uel importunus se ingerit est procul dubio repellendus. Nam qui nititur ad altiora conscendere quid agit[3] nisi ut crescendo decrescat? Cur non perpendit[4] quia benedictio illi in maledictum[5] uertitur qui ad hoc ut fiat hereticus promouetur?

*Reg. 9.218; JE 1747; Coll.Sem. 1.186; C 1 q 6 c 3a is widely var.*

[1] Quod - rep. CRXSKNBVP; Item idem ZOHQ; Item A
[2] est CSKNPZOHQ; *after* altaribus BV; *om.* A
[3] agit CKNVPZOHA; *om.* B
[4] -endit CRKNVPZOHA; -endis B
[5] maledictum CRKD[2]BVZOHA; maledictionem SN; malectum D

**31**

*Item idem[1]. Non debere coniugia dissolui causa religionis sine utriusque consensu*

Si enim dicuntur religionis[2] causa coniugia debere dissolui[3], sciendum est quia et si hoc lex humana concessit, lex tamen diuina prohibuit. Per se enim ueritas dixit[4], Que[5] Deus iunxit[6] homo non separet. Que etiam ait[7], Non licet dimittere uxorem, excepta causa fornicationis. Quis ergo huic celesti[8] legislatori[9] contradicat? Scimus quia scriptum est, Erunt duo in carne una. Si igitur uir et uxor una caro sunt, et religionis causa uir dimittit[10] uxorem, uel mulier uirum, in hoc mundo remanentem[11] uel fortasse ad illicita migrantem que est[12] ista conuersio in qua una eademque[13] caro et ex parte transit ad continentiam[14] et ex parte remanet in pollutione?[15] Si uero utrisque

[1] *om.* K
[2] religios A
[3] deb. diss. LRXSWKNBVPZOHA; diss. deb. C
[4] dixit CSKNBZOQ; dicit HA
[5] Que CKDBZOHA; Quod N
[6] iunxit CRXBVPZOA; coniunxit LSKNDHQ
[7] etiam ait *om.* N (*but there may be a marginal addn in ms.*)
[8] huic (*ss* V) celesti CLRXKNVZOQA; huic celestis SH; celesti huic BP
[9] *corr. fr.* legit- K
[10] -ittit CSKNBVZA; -ittat OHQ
[11] -anentem CKDBZOHQ; -antem N; -anente A
[12] est CRXSKNBVP; *om.* ZOHA
[13] eademque CSK(-que *ss*)NBZOHQ; eodemque A
[14] ex parte - cont. *ss* C
[15] pollutione CSKDBZOHA[2]; pollutionem NQ; pollotione A

conueniat continentem uitam ducere hoc quis audeat accusare, cum certum est quia omnipotens Deus qui minora concessit maiora non prohibuit? Et[16] quidem[17] multos sanctorum nouimus cum suis coniugibus et prius continentem uitam duxisse et postmodum[18] ad sancte ecclesie regimina migrasse. Duobus[19] enim modis sancti uiri[20] etiam[21] a licitis[22] abstinere solent, aliquando ut merita sibi apud [50va] omnipotentem Deum augeant, aliquando[23] ut[24] ante acte uite culpas detergant. Proinde cum boni coniuges aut meritum augere[25] desiderant aut ante[26] acte uite culpas delere, ut se ad continentiam astringant et meliorem uitam appetant licet. Si uero continentiam quam uir appetit uxor non sequitur, aut quam uxor appetit uir recusat, diuidi coniugium non licet, quia scriptum est, Mulier sui corporis potestatem[27] non habet. sed uir, et uir sui corporis potestatem non habet sed mulier.

*Reg. 1.27; JE 1817; H 744-5, M 1117-8; ID 8.129 (abbrev.); IP 6.78 as ID; C 27 q 2 c 19, broadly as here, but beginning* Sunt qui dicunt

---

[16] Et CK?BPZOHQA; At N; E D
[17] quidem CRSDBVPZOHQ?; quod KNA
[18] -odum CRKNVPZOHA; -odo B
[19] *in mg.* O
[20] *corr. fr.* uri O
[21] etiam CKDBZOHA; et N
[22] licitis CKNBZOHQ; laicis A
[23] uero *add.* ZOHA, *om.* CRXSKNBVP?
[24] *corr. to* aut A
[25] -ere CKNBZOHQ; -eri A
[26] *ss* C
[27] sui corp. pot. CRKNVPZOHA; pot. sui corp. B

## 32

*Quod uicarii Romane ecclesie[1] non habeant plenitudinem potestatis apostolice[2]*

Gregorius Gallie, Europe, Germanie episcopis. Romana ecclesia uices suas ita aliis impertiuit ecclesiis ut in partem sint uocate sollicitudinis. non in plenitudinem potestatis. Proinde dilectio uestra quorum deuotione gaudemus iungat curam suam dispositionibus nostris. ET POST PLVRA. Nec[3] pigeat forte aut pudeat nostris obedire mandatis, ut[4] apostolice sedis obsecundare preceptis quia humilibus datur gratia, non superbis. Nam nulli fas est uel uelle[5] uel posse transgredi apostolice sedis[6] precepta. nec nostre dispositionis ministerium, quod uestram sequi oportet caritatem. Sit ergo ruine sue dolore prostratus quisquis apostolicis uoluerit contraire decretis, nec locum deinceps inter sacerdotes habeat, sed extorris a sancto fiat[7] ministerio, nec de eius iudicio postea curam quisque habeat, quoniam iam dampnatus a sancta et apostolica ecclesia ac[8] auctoritate pro sua inobedientia atque presumptione a quoquam esse non dubitatur.

*Gregory IV; JE+ 2579; PL 106. 853; ID 5.11a as Greg. IV and see Landau (1984) 36-37*

---

[1] Romane ecclesie CRSKDBVPZOHQ; Romane sedis N; Romane *after lacuna* A
[2] pot. apostolice CRKPZOHQA; apostolice pot. SV; pot. apostoli N; B *unclear in film*
[3] Nec CRXKNBVPZ$^2$O; Ne LSZHQA
[4] ut CLRXWKNBVP; aut C$^2$V$^2$ZOHQA; et S$^2$(*after lacuna)*D
[5] uel uelle CRXSNBVPH; uel leue ZOQA?; uelle Z$^2$
[6] obsecundare preceptis quia - sedis *om.* K (*in* ND)
[7] a sancto fiat CSKNBZOQA; fiat a sancto H
[8] ac C$^2$L$^2$RXWKNBVPZ$^2$OA; *om.* CLZ; hac S; et HQ

## 33

*Ex epistola Gregorii pape. De his qui commisceri non possunt*[1]

De his quesitum est qui se dicunt ob causam frigide[2] nature non posse inuicem operam carni dantes commisceri. Iste uero si non potest ea uti pro uxore habeat quasi sororem. Quod si retinaculum coniugale[3] uolunt rescindere, maneant innupti [50vb] utrique[4]. Nam si huic non potest naturaliter concordare, quomodo alteri conueniet? Igitur si uir aliam uult accipere uxorem, manifesta ratio[5] patet quia suggerente[6] diabolo odii fomite exosam eam habuit, et idcirco illam dimittere mendacii falsitate molitur. Quod si mulier causatur et dicit, Volo mater esse et filios procreare uterque eorum septima manu propinquorum tactis sacrosanctis reliquiis iureiurando dicat quod nunquam[7] per commixtionem[8] carnis una caro facti[9] fuissent. Tunc uidetur[10] mulierem secundas posse[11] contrahere nuptias, humanum dico propter infirmitatem carnis eorum. Vir autem qui frigide nature est maneat sine coniuge. Quod si ille aliam copulam acceperit, tunc hii[12] qui iurauerant[13] periurii crimine rei teneantur, et penitentia peracta priora cogantur recipere[14] conubia.

*Gregory IV; JE +1934; Tc 42; ID 8.182 var. as BD 9.44; IP 6.116 (insc. var.); C 33 q 1 c 2*

---

[1] Ex - pape. De - possunt CRXSKNBVP; De - possunt. Ex ep. - pape. ZOHA
[2] causam frigide CKNBZOH; causa frige A
[3] retinaculum coniugale CKNBZOHQ; renaticulum coniugare A
[4] Nota de his qui commisceri non possunt *add.* H *mg.*
[5] manifesta ratio CRKDVPZOHA; manifesta res N; manifestatio B
[6] suggerente CRKNVPZOHA; si ingerente B
[7] nunquam CNDBZOHA; umquam K
[8] -ti- *ss* O
[9] facti CRSBVZOHA; facta KND
[10] uidetur CRKNDVPZOHA; iudicetur S; indicitur B
[11] secundas posse cont. nupt. LRXSDBPZOHA; posse secundas cont. nupt. CW; suas posse cont. nupt. K; alias posse cont. nupt. N; secundas nupt. posse cont. V
[12] hii CRKNDBHQ; ii ZOA
[13] -erant CNDBZOHA; -erat K
[14] recipere LRXSWKNBVPZOHA; accipere C (L con. cog. rec.)

## 34

*Ex epistola Gregorii*[1] *ad Iohannem episcopum.*[2] *Quod ignorans canones non sit*[3] *dignus ministrare*[4]

Hec consona patribus diffinitione sanccimus ut qui sacris[5] nescit obedire canonibus nec sacris administrare uel communionem capere sit dignus altaribus.

*Reg. 3.7; JE 1211; Tc 67; C 25 q 1 c 13*

---

[1] pape *add.* B, *om.* CRKNVPZHO
[2] Ex – ep. *om.* A (*cf c 35* )
[3] sit LRXSWKNBVPZOHA; possit C
[4] Quod - ministrare *in mg.* ZO
[5] sacris CKNBZOHQ; sacri A

## 35

*Item idem ad eundem*[1]*.De symoniacis*[2]

Et cum prima contra sanctam ecclesiam symoniaca[3] heresis sit exorta cur non perpenditur, cur non uidetur quia eum quem quis cum precio ordinat prouehendo agit ut hereticus fiat?

*cf above c 13 (pt); Tc 68*

---

[1] Item idem (*ss* X) ad eundem CRXSNBVP; Item idem K; Item ad eundem ZOHQ; Ex epistola Gregorii ad Iohannem episcopum A (*cf c 34*)
[2] De sym. *om.* A (*cf c 36*)
[3] symoniaca CKNBZOH; symoniacam A

**36**

*Eiusdem ad Theodericum et[1] Theodebertum[2]. Quod nullus pro ecclesiastico ordine aliquid debeat dare aut aliquid accipere[3]*

Qua de re ut[4] magnum omnipotenti Deo munus ualeatis offerre. synodum congregari precipite in qua[5] sicut fratribus coepiscopisque[6] nostris mandauimus presente dilectissimo filio nostro Cyriaco abbate sub anathematis debeat obligatione constitui nullum[7] pro ecclesiastico ordine aliquid unquam [51ra] dare aut[8] aliquid accipere.

*Reg. 9.215; JE 1744; Tc 69; ID 5.110 as here [NB. text is not as in Reg.]*

---

[1] ad *add.* OHA, *om.* CSKNBVZ
[2] Theodebertum CRXSKDPZOA; Theobertum NV; Thedeobertum B. Eiusdem – Theodeb. *in mg. to c 37* A
[3] Quod - accipere CRXSKNBVP; De eodem ZOHQ; Item ad eundem de symoniacis A (*cf* c.35)
[4] ut CNBZOHA; uti K; *om.* D
[5] qua CLSNDVHQA*; quam RXKBPZO
[6] -que CRKNVPZOHA; *om.* B
[7] *corr. fr.* illum O
[8] aut CRXSKNBVP; *om.* ZOHA

**37**

*Gregorius in epistola lxxxvii[1] Castorio episcopo Arimino. De prouidenda[2] quiete monachorum*

Luminoso abbate referente plurimis in monasteriis multa a presulibus preiudicia atque grauamina monachos pertulisse cognouimus[3]. Oportet ergo ut tue fraternitatis prouisio de futura quiete eorum salubri disponat ordinatione[4] quatinus conuersantes in illis in Dei seruitio gratia illius suffragante mente libera perseuerent. Missas quoque[5] publicas in cenobio fieri omnimodo prohibemus, ne in Dei seruorum recessibus et eorum receptaculis ulla populis prebeatur occasio[6] conuentus quia non expedit animabus eorum. Nec audeat ibi episcopus cathedram collocare uel quamlibet potestatem[7] exercere[8] imperandi, nec aliquam ordinationem quamuis leuissimam faciendi nisi ab[9] abbate[10] fuerit rogatus, quatinus monachi semper[11] maneant in abbatum suorum potestate, ut[12] remotis uexationibus a[13] cunctis grauaminibus diuinum opus cum summa[14] deuotione animi perficiant[15]. Imperpetuum uale optime pater memor nostri.

*forged expansion of Reg. 5.49; JE 1362 (printed* Opp. Greg. *ed. Maur. as II. 41, PL 77. 579-80); Tc 113; ID 7.12-13 (cap. lxxxvii); +C 18 q 2 c 6*

---

[1] lxxxvii LRXWKNBVPZOHA; lxxxii C; *om.* S
[2] De prouidenda CRSKNBZOHQ(*after corr.*); ac prouidentiam A
[3] cognouimus CRXSKNBV; comperimus ZOHQ; compermus A
[4] -ione CKDBZOHA; -ionem N
[5] quoque CSKNBZOA; *om.* HQ
[6] occasio CKDBZOHA; occursio N
[7] quamlibet potestatem CKNBZOHQ; qualibet potestate A
[8] *ss* O
[9] *ss* C
[10] abb'be N
[11] *ss* B
[12] *ss* V
[13] a CLXSBVA; ac RKNPZOHQ
[14] cum summa CNDBZOHA; consumma K
[15] -iant CKDBZOHA; -iatur N

## 38

*[1]Eiusdem. Vt[2] non monasterium grauet episcopus*

Visitandi exhortandique[3] gratia ad monasterium quotiens placuerit ab antistite ciuitatis accedatur[4]. Sed[5] sic caritatis officium illic impleat episcopus ut[6] grauamen aliquod monasterium non incurrat.

*Reg. 8.17; JE 1504; Coll.Sem. 2.32; Tc 114; ID 7.14; C 18 q 2 c 28*

---

[1] Item *add.* V
[2] Vt CRXSKNBVP; *om.* ZOHQA
[3] exhortandique CSKNBZOA; exorandique HQ
[4] -atur CKDBZOHA; -at N
[5] Sed CKNBZOHQ; *om.* A
[6] ut CNDBZOHA; uti K

## 39

*Eiusdem in registro. Item[1] de symoniacis*

Quisquis per pecuniam ordinatur ad hoc ut fiat hereticus promouetur. Quisquis ergo contra symoniacam et Neophytorum heresim[2] pro officii sui loco uehementer[3] non arserit, cum eo se non dubitet habiturum portionem qui prius commisit hoc piaculare flagitium.

*Dd 4.94 (pt 1, as Paschal); BN lat 13368 ( =Tc ) 126; ID 2.84 med., 5.75b (interpolated form of BD 1.21); +C 1 q 1 c 5 (as from Wido's Pseudo Paschal in notes: Gregory in text)*

---

[1] Item CRXSBV$^2$P; *om.* KNDVZOHA
[2] her. et Neoph. *marked for reversal* Z
[3] -ent'er H

## 40

*Item ad Theodebertum et Theodericum[1] reges Francorum.[2] Quod* [51rb] *nullum[3] opus symoniaci ualeat*

Fertur symoniaca[4] heresis que prima contra Dei ecclesiam diabolica supplantatione surrepsit et in ipso ortu suo zelo apostolice ultionis percussa atque dampnata est in regni uestri[5] finibus dominari[6], cum in sacerdotibus fides sit eligenda cum[7] uita. Si enim uita deest, fides meritum non habet, beato[8] Iacobo attestante qui ait, Fides sine operibus mortua est. Que enim opera esse ualeant sacerdotis qui honores tanti sacramenti conuincitur obtinere per premium. ET POST PAVCA. Hinc[9] igitur[10] non solum in ordinatoris et ordinati animam letale[11] infligitur[12], uerum etiam excellentie uestre regnum uestrorum episcoporum[13] culpa, quorum magis intercessionibus iuuari debuerat pregrauatur. Si enim is[14] dignus sacerdocio creditur cui non actionis merita sed premiorum copia suffragatur, restat ut nichil sibi in ecclesiasticos honores[15]

---

[1] Theodebertum (Theob- V) et Theodericum CRXSNBVP; Theodericum et Theodebertum DZOH; Theoricum et Theobertum Q; Teoricum et Theudebertum A
[2] Item – Francorum *om. with lacuna* K
[3] nullum CRKDBZOA; nullus N
[4] -ca *ss* C
[5] uestri CSKNBZOA; nostri HQ
[6] dominari CRSKNBZOA; dampnari HQ
[7] *ss* A
[8] beato CRDVPZOHA; bono K; apostolo N; b'o B
[9] Hin A
[10] igitur CSKNBZOQ; ergo H?A
[11] letale CLRXSWDBVP; letale uulnus C$^2$ND$^2$V$^2$ZOHA; *om.* K
[12] -igitur CSKNBZOQA; -igi H
[13] uest. ep. CRKNVPZOHA; ep. uest. B
[14] *corr. fr.* his Z?
[15] in eccl. honores (honore B) CRXKNBV; in hon. eccl. ZOHA; de ecclesiastico honore (*in mg.*) S

grauitas, nichil sibi[16] defendat industria, sed totum[17] auri profanus amor obtineat et[18] dum uicia honor remunerat in locum[19] ultoris is fortasse[20] qui fuerat ulciscendus adducitur, atque[21] hinc sacerdotes non proficere sed perire potius[22] iudicantur. Vulnerato namque pastore, quis curandis ouibus adhibeat medicinam? Aut quando populum orationis clipeo tueatur, qui[23] iaculis se hostium feriendum exposuit? Aut qualem fructum producturus est cui graui peste radix infecta est? Maior ergo calamitas metuenda[24] est forte[25] locis illis ubi tales intercessores adducuntur ad locum regiminis quod[26] iram Dei prouocant quam per semetipsos[27] populis placare[28] debuerant.
*JE 1744; Reg. 9.215; Tc 127; AL 6.68; ID 5.111 as here; C 1 q 1 c 28, of which all to* perire potius iudicantur *was added later*

---

[16] in eccl. honores grau. nichil sibi *om.* P; in hon. eccl. grau. nichil si- *in mg.* H
[17] anni *add. and canc.* O
[18] et C?RKDBZOHA; at N
[19] locum CRBZOHA; loco KD; locis N
[20] is fortasse CSKNBZOQA; fortasse is H
[21] atque CSKNBZOA; et HQ
[22] perire potius CSKNBZO; potius perire HQA
[23] qui CRSNB²VPZOHA; quid K; ? DB
[24] meuenda N
[25] forte LRXSWKNBVPZOHA; fore C
[26] quod RXSWKDBVPZOHA; qui CLN; magis in se *add.* V²
[27] -ipsos *after corr.* O
[28] -are CRKNVPZOHA; -ere B

## 41

*Idem in moralibus[1]. Quod in[2] grauibus peccatis quis positus aliena non diluit[3]*

In grauibus peccatis quis positus dum suis premitur aliena non diluit[4].
*Pref. in Iob c 3; Tc 128a; C 3 q 7 c 5a*

---

[1] moralibus CKNBZOHQ; pastorali A (*cf below c.42*)
[2] *ss* X
[3] Quod - diluit CRXSKNBP; *om.* ZOGHA
[4] diluit CSKNBZOQA; soluit H

## 42

*Idem in pastorali. De eodem[1]*

Cunctis liquet[2] quia cum is[3] [51va] displicet qui ad intercedendum mittitur, irati animus procul dubio ad deteriora prouocatur.
*Greg. I Pastoral. pt 1 c 10; Tc 128b; C 3 q 7 c 5b*

---

[1] Idem - past. De eodem CRSKNBP; In past. Idem de eodem X; Idem - pastorali ZOGH; *om.* A
[2] liquet CRKNVPZOHA; licet B
[3] is CXKNVPZOHA; his SRB

## 43

*Idem[1] in registro. Item de eodem[2]*

Scriptum est, Victime impiorum abhominabiles Deo[3]. Vota iustorum placabilia. Neque enim in omnipotentis Dei iudicio quid sed a quo detur inspicitur[4]. Hinc est enim quod scriptum est, Respexit Deus ad Abel, et ad munera eius, ad Cain[5] autem et

---

[1] Idem CNDBVPZOGHA; *om.* K
[2] Item de eodem CXKNBVP; De eodem S; *om.* ZOGHA
[3] Deo CKNBVZOQA; Domino H
[4] inspicitur CXSKNB; aspicitur ZOHA
[5] *corr. fr.* Cain *to* Chaim A

ad munera eius[6] non respexit. Dicturus quippe quia Dominus respexit ad munera, premisit sollicite quia respexit[7] ad Abel. Ex qua re patenter ostenditur, quia non offerens a muneribus sed munera ab offerente placuerunt.[8] Dona quippe iniquorum non probat Altissimus, nec respicit in oblationibus eorum nec in multitudine sacrificiorum eorum propiciabitur peccatis[9]. ITEM IDEM. Longe est Dominus ab impiis et orationes iustorum exaudiet.
*Reg. 9.228; JE 1757; Tc 129a; C 14 q 5 c 11, C 3 q 7 c 5c*

[6] ad Cain - eius *in mg.* R[2]
[7] Dominus *add.* A
[8] Q *begins new section with* Salomon *both as rubric and in mg.*
[9] ZGHA *begin a new paragraph with* Salomon *in mg.*; O *has* Salomon *in mg. two lines earlier*

**44**

*Idem[1] ad Cyriacum episcopum Constantinopolitanum. Quod uitandi sint se ingerentes[2]*

In scriptis[3] autem uestris requiem uos magnopere[4] quesisse narratis, sed per hoc ad pastoralem sollicitudinem uenisse congrue ostenditis, quia sicut locus regiminis desiderantibus negandus est, ita fugientibus offerendus[5] et sicut scriptum est, Nec quisquam sumit sibi honorem. sed qui uocatur a Deo tanquam Aaron. Et rursum idem egregius predicator[6] dicit, Si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, et pro omnibus mortuus est Christus. Superest ut qui uiuunt[7] iam non sibi uiuant sed ei qui pro ipsis[8] mortuus est et resurrexit. Et pastori sancte ecclesie dicitur, Simon Iohannis amas me? Pasce oues meas. Ex quibus uerbis[9] colligitur quia si is qui ualet omnipotentis Dei oues renuit pascere, ostendit pastorem summum se[10] minime amare. Si[11] enim Vnigenitus Patris pro explenda[12] utilitate omnium de secreto Patris egressus est ad publicum nostrum, nos quid[13] dicturi [51vb] sumus si secretum preponimus utilitati proximorum? Quies itaque nobis et[14] ex corde appetenda est, et tamen pro multorum lucro aliquando postponenda. Nam sicut toto desiderio debemus[15] occupationem[16] fugere, ita si desit qui predicet occupationis onus[17] libenti necesse est animo subire.
*Reg. 7.5; JE 1451; Tc 145; ID 5.350; C 8 q 1 c 9a*

[1] Idem CRXKNBVOA; Item SZ; Item idem HQ
[2] Idem – ingerentes *in mg.* A
[3] scriptis CS(*lacuna follows*)KNBOHQA; scripturis Z
[4] -g- *ss* C
[5] *corr. from* offendendus K
[6] eg. pred. CKDBZOHA; pred. eg. N
[7] ut qui uiuunt CKDBZOHA; iniqui uiuant N
[8] ipsis CSKNBZOQA; ipsi H
[9] *in mg.*C
[10] se CRXSKNBVP; *om.* ZOHA
[11] Si CKNBZOHQ; Sicut A
[12] expl *and lacuna* A
[13] quid CSDBPZHA; qui KO; quod N
[14] et CKD[2]BPZOHA; *om.* ND
[15] *after corr.* O
[16] -ionem CNDBZOHA; -ione K
[17] *ss* Z

## 45

*Gregorius Etherio[1] episcopo, Suagrio[2], Virgilio[3] et Desiderio episcopis Galliarum[4]. De symoniacis*

Dum[5] non[6] attenditur quod diuina uoce dicitur. Gratis accepistis, gratis date, agitur ut crescat et geminata fiat in uno eodemque delicti contagio, ementis scilicet et uendentis[7] condicio. Et cum liqueat hanc heresim ante omnes radice pestifera surrepsisse[8]. atque in ipsa sua origine apostolica[9] esse detestatione dampnatam, cur non perpenditur, cur non cauetur quia illi benedictio in maledictionem conuertitur, quia adhoc ut[10] fiat hereticus promouetur?

*Reg. 9.218; JE 1747; Tc 146a; ID 5.112a (cf above cc 13, 35)*

---

[1] et Herio P
[2] Suagrio CRXWBVPZOGA; Suargio KND; Syagrio D[2]; Suagrio et HQ; ? S
[3] Virg- CRSKNVPZOHQ; Vig- BA
[4] item *add.* KNV, *om.* CRXSDBZOHA
[5] Dum CLRXKDBZOHA; Cum SN
[6] non CNDBZOHA; *om.* K
[7] *corr. fr.* uenditis O
[8] surrepsisse CXSBZOHA; subrepisse L; surrepisse RKNDP
[9] -ica CKNBOHA; -icam Z
[10] *ss* B

## 46

[1]*De eodem*

Neque enim[2] elemosina reputanda est si pauperibus dispensetur quod ex illicitis rebus accipitur, quia qui hac intentione male accipit ut bene dispenset grauatur[3] potius quam adiuuetur.

*Reg. 9. 218; JE 1747; Tc 146b; ID 5.112b; IP 2.194; C 1 q 1 c 27a var.*

---

[1] Item *add.* ZOGHA, *om.* CXSKNBVP
[2] enim CKNBZOGHQ; *om.* A
[3] *corr. fr.* gratis B

## 47

*Item ad eosdem[1]. De eodem*

Ne ergo sub obtentu elemosyne cum peccato aliquid studeamus accipere, aperte sacre scripture ordo nos prohibet dicens, Hostie impiorum abhominabiles[2]. que offeruntur ex scelere. Quicquid[3] enim[4] in Dei sacrificio ex scelere offertur, omnipotentis Dei non placat iracundiam, sed irritat. Hinc rursum scriptum est, Honora Dominum[5] de tuis iustis laboribus. Qui ergo male tollit, ut quasi bene prebeat constat sine[6] dubio quia Dominum non honorat. Hinc[7] quoque per Salomonem dicitur, Qui offert sacrificium de substantia pauperis, ac si uictimet[8] filium in conspectu patris. Quantus autem dolor sit patris perpendamus, si in eius conspectu filius uictimetur et hinc facile [52ra] cognoscitur quantus apud Deum[9] dolor exasperatur quando ei sacrificium ex rapina tribuitur. Nimis ergo declinandum est dilectissime frater sub[10]

---

[1] Item *add.* KND, *om.* CRXSSBVPZOA
[2] Deo *add.* N, *om.* CSKDBZOHA
[3] *corr. fr.* Quidq- H
[4] *om.* R
[5] Dominum LRXSKNBVPZOHA; Deum CW
[6] *corr. fr.* si non K
[7] ergo *add.* ZOHA, *om.* CRXSKNBVP
[8] -imet CKNBZOHQ; -ime A
[9] Deum CRXSKNBVP; eum ZOHA
[10] *corr. fr.* ut S

obtentu elemosyne peccata symoniace hereseos perpetrare. Nam aliud[11] est propter peccata elemosynas facere, aliud propter elemosynas peccata perpetrare[12]. ET[13] POST PAVCA. Quisquis igitur sacerdocium non ad elationis pompam sed ad utilitatem adipisci[14] desiderat, prius uires[15] suas cum eo quod est subiturus[16] onere metiatur, ut et[17] si est impar abstineat, et ad id cum metu etiam cui[18] se sufficere existimat accedat.
*(See c 46); Tc 146c; C 1 q 1 c 27c (much of this a later addn)*

---

[11] *corr. fr.* alium H
[12] Nam aliud est - perp. CL$^2$RS$^2$XKNBZOHA; *om.* LS
[13] Et CKDBZOHQA; At N
[14] adispici O
[15] uires CKNBZHQ; aures OA
[16] *corr. fr.* subtus A
[17] ut et LRXSWKNBVPZOH; ut CQ; et ut A
[18] cui CRXSKNBVP; qui ZOHA

## 48[1]

### *Gregorius in moralibus. De iniusta excommunicatione*

Ligandi atque soluendi potestate se[2] priuat qui hanc pro suis uoluptatibus et non pro subiectorum[3] meritis exercet. Vnde recte per prophetam dicitur, Mortificant[4] animas que non moriuntur et uiuificant que non uiuunt[5]. ITEM. Qui ea[6] que Dei sunt sapiunt a Domino[7] sapiuntur[8] et qui ea que Dei sunt nesciunt a Domino nesciuntur[9], Paulo attestante qui ait, Si quis ignorat ignorabitur[10]. ITEM IN MORALIBVS.[11] Quicumque enim stultus est in culpa sapiens erit in pena.
Ligandi-uiuunt *is a paraphrase of XL Omel. in Euang. hom. 26 c 5(pt); Tc 160; C 11 q 3 c 60 to* moribus exercet*;* Qui ea que - ignorabitur *(Past. care 1.1) and* Quicumque - pena *(Moralia in Iob 15.3) are +D 38 c 10*

---

[1] *whole canon in outer mg.* V
[2] pot. se *over erasure* L$^2$
[3] subiectorum CRXSBVZOHA; subditorum KND
[4] -n- *ss* K
[5] *New section in* G
[6] Qui ea C$^2$LRSWKNBV; Qui CXG; Quia ZOHQA
[7] Domino CNBZOKHQ; Deo A
[8] a Dom. sap. *ss* C
[9] nesc- *ss* O
[10] *New section in* G
[11] Item (eos *add.* P) in Moralibus (Minoralibus Q) CRXSKNBVPZOGHQ; Gr' in Moralibus Ianuario episcopo. Vt episcopus propria iniuria non excommunicet (*cf c 49*) A

## 49

### *Gregorius[1] Ianuario episcopo[2]. Vt episcopus pro[3] iniuria propria[4] non excommunicet[5]*

Ysidorus a fraternitate tua frustra se excommunicatum anathemizatumque conquestus[6] est. Quod quam ob rem factum fuerit dum a clerico tuo qui presens erat uoluissemus addiscere, pro nulla alia causa nisi quod te iniuriauerat factum innotuit. Que res nos[7] uehementer afflixit. Quia si ita est, nichil[8] te ostendis[9] de celestibus cogitare, sed terrenam te habere conuersationem significas[10] dum pro uindicta proprie

---

[1] *lacuna in* K
[2] *after corr.* R
[3] pro CRXSKNBVZ$^2$; *om.* ZHQA; per O
[4] in. prop. CRXSKNBVP; prop. in. ZOHQA
[5] Gregorius – excomm. *before last section of c 48, run into 49* A
[6] *corr. fr.* -estum Z
[7] *corr. fr.* uero C
[8] nichil CRXSKNBVP; nil ZOHA
[9] *corr. fr.* -it O
[10] *corr. fr.* -ans K

iniurie quod sacris regulis prohibetur maledictionem anathematis inuexisti. Vnde de cetero esto circumspectus atque sollicitus et talia cuiquam pro defensione iniurie tue inferre denuo non presumas.
*Reg. 2.47; JE 1201; Tc 166; ID 5.351; +C 23 q 4 c 27 differs, and has added sentence*

**50**

*Greg' gracia Dei episcopus dilectissimis*[1] *suis* [52rb] *ciuibus Rome. Quod non sit prohibendum operari in die Sabbati*[2]

Peruenit ad me quosdam peruersi spiritus[3] homines praua inter uos aliqua et sancte fidei aduersa seminasse[4], ita ut in[5] die Sabbati aliquid operari prohiberent. Quos quid aliud nisi Antichristi predicatores dixerimus[6]. qui ueniens diem Sabbatum atque[7] dominicum ab omni faciet opere custodiri? Quia enim mori se et resurgere simulat haberi in ueneratione uult dominicum diem et quia populum iudaizare compellit, ut exteriorem ritum legis[8] reuocet et sibi Iudeorum perfidiam subdat, coli uult Sabbatum.
*Reg. 13.3; JE 1867; Coll.Sem. 1.215a; Tc 167a; ID 4.6a; IP 2.169 as here; De cons. D 3 c 12a*

---

[1] dilectissimis CRSKNBVZOH?Q; -mus A; dilectis G
[2] Quod - Sabbati CRXSKNBVP; *om.* ZOGHA
[3] spiritus CKNBZOHQ; episcopus A
[4] -i- *ss* A
[5] in CKNBOHA; *om.* Z
[6] -erimus CKDBZOHA; -imus N
[7] atque CKNBZOHQ; *om.* A
[8] legis CKDBZOHA; lege N

**51**

*De non prohibendo lauachro die dominico*

Aliud quoque ad me perlatum est uobis a peruersis hominibus esse predicatum ut dominicorum die nullus debeat lauari. Et quidem si pro luxu animi et pro uoluptate quis lauari appetit, hoc fieri nec reliquo quolibet die concedimus. Si autem pro necessite corporis hoc nec dominico die prohibemus.
*Greg. I ut sup.; Tc 167b; ID 4.6b; De cons D 3 c 12b*

**52**

*Gregorius. De ministris incontinentibus*[1]

Oportet sacerdotes[2] ad quorum curam Domini populus commissus est cum magna constantia uigilare super dominicas oues, ne[3] lupinis morsibus, id est[4] diaboli stimulis[5] lanientur. Neque enim hoc silere debeo, quod[6] cum graui animi tristicia dico, sacerdotes cum feminis habitare conspicio, quod nefarium est dicere uel audire et contra sanctorum canonum[7] sanccita. Vbi enim talis fuerit commorantium habitatio antiqui hostis stimuli[8] non desunt. Ideoque admonendi[9] sunt[10] ut non antiqui[11] hostis[12] decipiantur fraude, quatinus iuxta apostoli uocem. Non uituperetur ministerium

---

[1] Greg. De - inc. CRXSKNBVP; De - inc. Greg. ZOGHQ; De - inc. A
[2] *corr. fr.* -ostes O
[3] ne CRXSKNBVP; et ZOHA
[4] id est CKNBZOHQ; et A
[5] non *add.* ZOHA, *om.* CRXSKNBVP
[6] *corr. from* quam K
[7] sanct. can. CRXSBVZOHA; can. sanct. KND
[8] stimuli CNDBZOHA; famuli K
[9] adm- CSK[2]NBPZOA; ammonendi KDVH
[10] *ss* O
[11] anti Z
[12] stimuli non desunt - hostis *at foot of leaf* Z

nostrum. Cauere enim nos[13] oportet fratres ab illicitis[14], ut mundas ualeamus ad Deum leuare manus. Scriptum est enim, Sancti estote, quoniam ego sanctus sum. Si quis uero presumpserit aliter agere, sacerdocii sui honore priuetur. Vnde omnino cauendum est fratres ne fallamus populum et impleatur in nobis prophete dictum, Sacerdotes mei contaminant[15] sancta et reprobant[16] legem. [52va] Quos et alius propheta increpat dicens. Vos O sacerdotes qui fallitis nomen meum, et dixistis. In qua re fallimus nomen tuum? Quibus responsum est, Offerentes ad altare meum panes pollutos[17]. Non mihi uoluntas in uobis[18] dicit Dominus, et sacrificium non accipiam de manibus uestris, quia polluti estis.

*C. Rome 743 c 15; JE+1939; Tc 170; ID 6.76; +D 81 c 23*

[13] nos CKNBZOQA; *om.* H
[14] -ifis N
[15] contaminant CKDBZOQA; contaminauerunt N; cantaminant H
[16] reprobant CKDBZOHA; reprobauerunt N
[17] panes pollutos CSKNBZO; pollutos panes HQA
[18] uobis CNDBZOHA; nobis K

## 53

*Item in registro. De uitanda familiaritate mulierum*

Legitur[1] quod beatus Augustinus nec cum sorore habitare consenserit, dicens, Que cum sorore mea sunt, sorores mee non sunt. Docti ergo uiri[2] cautela[3] magna nobis debet[4] esse instructio.

*Reg. 9.110; JE 1636; Tc 171; ID 6.77; +D 81 c 25*

[1] Legitur CRXSBVPZOGHA; Legi KND
[2] *om.* S
[3] et *add* KD, *om.* CRXSNBZOA
[4] nobis debet esse CRXSVZOHA; debet nobis esse KND; nobis esse debet B; nobis debet P

## 54

*Item in eodem. Ianuario episcopo Caralitano. De non reparandis lapsis*

Peruenit etiam ad nos quosdam de sacris ordinibus lapsos uel post penitentiam uel ante penitentiam[1] ad ministerii[2] sui officium reuocari. quod omnino prohibemus, et in hac re sacratissimi canones contradicunt. Qui igitur[3] post acceptum sacrum ordinem lapsus in peccato carnis fuerit, sacro ordine ita careat ut ad altaris ministerium ulterius non accedat.

*Reg. 4.26; JE 1298; Tc 172; AL 8.19; ID 6.78; IP 3.133; D 50 c 9*

[1] penitentiam CRSDBPZOHA; *om.* KN
[2] ministerii CSKNBZOQ; misterii HA
[3] igitur CKNBOHA; ergo Z

## 55

*Item in eodem. Constantino Mediolanensium episcopo. De eodem[1]*

Iouinum de Portu Veneris quondam dyaconum et abbatem suo decreuimus priuandum officio, atque ut alter in loco eius debeat ordinari scripsimus. Similiter et tres subdiaconos quos fraternitas uestra lapsos innotuit a suo semper uacare[2] ac decernimus[3] esse priuatos officio, quibus nichil aliud nisi inter laicos sacra est prebenda communio.

*Reg. 5.18; JE 1332 (i p. 300, 9-15); Tc 173; ID 6.79*

[1] De eodem CKNBZOGHQ; *om.* A
[2] uacare CKNBZOHQ; uocare A
[3] ac decernimus CRXSDBZO$^2$HQA; ac decreuimus K; decreuimus N; ac deernimus O

**56**

*Item idem[1] ad eundem[2]. De eodem*

Si lapsis ad suum ordinem reuertendi licentia concedatur, uigor canonice procul dubio frangitur discipline, dum[3] per reuersionis spem praue[4] actionis desideria quisque concipere non formidat. ET[5] POST PAVCA. Illud pre omnibus studete, ut[6] lapsos in sacrum ordinem nullius uobis supplicatio aliquomodo reuocare suadeat[7], ne huiusmodi non statuta[8] sed[9] temporaliter dilata credatur esse uindicta. [52vb]

*Reg. 5.18; JE 1332; Tc 174; AL 8.32; ID 6.80; IP 3. 145; D 50 c 1*

---

[1] Item idem CRXSKNBP; Item ZOHQA; *om*. G
[2] Item *add*. KNDV, *om*. CRXSWBPZOHA
[3] *ss* K
[4] praue CKNBZOHQ; graue A
[5] Et CRKDBZOHA; At N
[6] ut LRXSWKNBPZOHA; ne C
[7] suadeat CRSBVPZOHA; studeat XKND
[8] -uta CKNBZOQA; -ura H
[9] sed CKNBZOHQ; *om*. A

**57**

*Idem[1] Augustino archiepiscopo[2] Anglorum. Indulgentiam non esse perfectionem[3]*

Cum Paulus apostolus diceret. Qui[4] se continere non potest,[5] nubat, statim subiungere curauit. Hoc autem dico[6] secundum indulgentiam, non secundum imperium. Non enim indulgetur quod licet, quia iustum est. Quod igitur indulgere[7] dixit, culpam esse monstrauit.

*JE 1843 (Resp. 10); H 741b. 49-55, M 1128; Tc 178*

---

[1] Idem CLRWKNDVZ²OH?Q?; Item SBPZA
[2] archiepiscopo CL²SKNDV²; episcopo LRBVPZOGHA
[3] Indulgentia – perf. *added at head of leaf* K
[4] *corr. fr*. Quod K
[5] potest CNDBZOHA; posset K
[6] dico CRKNVPZOHA; *om*. B
[7] se *add*. K²

**58**

*Idem Petro subdyacono. De retinenda possessione ecclesie[1]*

Si[2] monasterium sancti Theodori fines de quibus causatio[3] commota est inconcussis xl. annis possedisse reppereris, nullam deinceps etiam si quid sancte Romane ecclesie competere potuit patiaris sustinere calumpniam. Sed quietem eorum modis omnibus procurare[4].

*Reg. 1.9; JE 1076; Tc 179; AL 5.57 (pt 1), but var.; ID 3.146; IP 2.66; C 16 q 4 c 2 med.*

---

[1] ret. poss. eccl. CRXSKNBVP; poss. eccl. ret. ZOGHA
[2] Mi A
[3] causatio CRSDBZOHA; conuersatio *corr. to* controuersio K; causatos N
[4] studeas *add*. K *ss*

**59**

*Idem Venantio. Reum esse pastorem qui dicenda reticet[1]*

Ephesiis Paulus dicit, Munde sunt manus mee a sanguine omnium uestrum. Non enim subterfugi quominus annuntiarem omne consilium Dei uobis. Mundus ergo a

---

[1] qui dic. ret. *in mg*. K

sanguine eorum non esset si eis Dei[2] consilium pronuntiare noluisset, quia cum increpare delinquentes noluerit, eos procul dubio tacendo pastor occidit.
*Reg. 1.33; JE 1103; Tc 180; +D 43 c 4*

[2] *ss* O

**60**

*Idem Petro. Nullum subdiaconum ordinandum[1] absque professione castitatis[2]*

Nullum facere subdyaconum presumant episcopi, nisi qui se caste uicturum promiserit,[3] quia nullus debet ad ministerium altaris accedere nisi cuius castitas ante susceptum ministerium fuerit approbata.
*Reg. 1.42; JE 1112; Tc 181-2; D 28 c 1*

[1] ordinandum CRKNVPZOHA; *om.* B
[2] Nullum - castitatis *in mg.* ZOG
[3] promiserit CRSK[2]DBVZOHA; promiserat K; promittat N

**61**

*Idem Symacho. Cum quibus feminis possint[1] sacerdotes habitare*

Volumus ut sacerdotes prohiberi debeant ne[2] cum mulieribus conuersentur. excepta dumtaxat matre uel sorore uel uxore que caste regenda est.
*Reg. 1.50; JE 1120; Tc 183; ID 6.81; +D 81 c 24*

[1] poss. fem. *marked for reversal* Z
[2] *ss* O

**62**

*Idem Natali episcopo Salonitano. De eo qui se[1] in archidiaconatum alterius prouehi consensit[2]*

Eum[3] qui contra iusticie regulam in archidiaconatum alterius se[4] prouehi consensit[5] ab eiusdem archidiaconatus honore deponimus[6]. Qui si[7] ulterius in[8] loco eodem [53ra] ministrare presumpserit, se participatione communionis sacre nouerit[9] esse priuatum.
*Reg. 2.20; JE 1173; Tc 184; ID 6.342; +C 7 q 1 c 40*

[1] *ss after* alterius S
[2] De - consensit (concessit V) CRXSKNBVP; *om.* ZOGHA
[3] Eum CRXSKNVPZHQA; Cum BO
[4] se CRXSKNBVP; *om.* ZOHA
[5] -ensit CKDBZOHA; -enserit N
[6] honore deponimus CKNBZOHQ; deponimus honore A
[7] in *add.* B, *om.* CRKNVPZOHA
[8] in CKNBVPZOHQ; est A
[9] *in mg.*B

**63**

*Idem eidem. De excommunicationis acceleratione[1]*

De excommunicationis articulo que tamen interposita conditione gradu secundo uel tercio iam ut ita[2] dicam ex necessitate subiuncta est beatitudo uestra inmerito queritur, cum Paulus apostolus dicat. In promptu habentes ulcisci[3] omnem inobedientiam.
*Reg. 2.50; JE 1204; Tc 185; +C 24 q 3 c 15*

[1] De exc. ( -atis V) accel. CRXSKNBVP; *om.* ZOGHA
[2] ita CKNBZOHQ; *om.* A
[3] -isci CKNBOHA; -isi Z

**64**

*Gregorius Iohanni episcopo Rauennati. Non debere fieri[1] reordinationes[2]*

Illud quod dicitis ut ille qui ordinatus est iterum ordinetur ualde[3] ridiculum est. Sicut enim baptizatus semel iterum baptizari non debet, ita qui consecratus est semel in eodem ordine non ualet iterum consecrari. Sed si quis cum leui forsitan culpa ad sacerdocium uenit, pro culpa indici penitentia debet, et tamen ordo seruari.

*Reg. 2.45; JE 1198; Tc 186; ID 6.82; IP 3.76; D 68 c 1 as AL, pt only*

---

[1] Iohanni - debere fieri (fieri debebam X, fieri deb. BP) CRXSKNBVP; ep. Ioh. Rau. non fieri deb. ZOGHA
[2] reordationes H(*before corr.*)Q
[3] *corr. fr.* uade N

**65**

*Idem Libertino episcopo. De mancipiis Iudeorum*

Mancipia Christiana quecumque Iudeum[1] comparasse patuerit, ad libertatem iuxta legum precepta sine ambiguitate perducite, ne quod absit religio Christiana Iudeis subiecta[2] polluatur.

*Reg. 3.37; JE 1242; Tc 187; +D 54 c 13*

---

[1] Iudeum CKDBZOHA; Iudeis N
[2] subiecta CRSDBVZOGHA; subacta KN

**66**

*Idem Venantio[1] Limensi episcopo[2]. De eo qui post depositionem[3] sacrificare presumpsit[4]*

Accedens[5] ad Gorgonam insulam fraternitas uestra discutiat id quod ad nos de Saturnino expresbitero[6] est perlatum. Peruenit namque ad nos quia postquam pro crimine lapsus sui sacerdocii ordine est[7] deiectus ad explendum presbiterii ministerium[8] presumpsit accedere, et omnipotenti Deo hostias immolare. Quod si ita factum fraternitas uestra[9] repperit[10] eum sacri corporis et sanguinis dominici participatione priuatum[11] in penitentiam redigat, ita ut usque ad diem obitus sui in eadem excusatione[12] permaneat et uiaticum tantummodo tempore exitus sui[13] percipiat. Sin autem eum talem penitentiam[14] agere fraternitas tua cogno [53rb] uerit, ut ei[15] iuste ad recipiendam communionem inter laicos et ante exitum debeat misereri, hoc in tue fraternitatis ponimus potestatem.

*Reg. 5.5; JE 1321; Tc 188; ID 6.83; D 50 c 1 shorter, as AL*

---

[1] Venantio CKNBVZOGHQ; Valentio (*corr. fr.* -entino) P; Vnantio A
[2] Lim. ep. CRXSNDVPH; ep. Lim. K; Idem - Lim. ep. *om.* B; Lunensi ep. ZOQA; Lim. G
[3] *corr. fr.* dispos- O
[4] De - presumpsit *om.* B
[5] *corr. fr.* accedes K
[6] expres- CKDBZOHA; pres- N
[7] ord. est CNDBZOHA; est (*ss*) ord. K
[8] presb. min. CRXSBPZOHA; min. presb. KND
[9] uestra CSKDBPZOHA; nostra L; tua N
[10] repperit CLXSWKDBA; repererit $C^2$RNVPZOHQ*
[11] priu- CKNBZOHQ; prau- A
[12] *corr. to* excommunicatione K
[13] tempore exitus sui CRXSNDBP; temporis exitus sui K; exitus sui tempore ZOHA
[14] eum talem penitentiam CRXKNBZO*; talem pen. eum S; pen. talem eum HQ; penitentiam eum talem A
[15] ei CLRXSWNDB$^2$VPZOHA; ea B; eius K (? *by corr.*)

**67**

*Gregorius Ianuario episcopo Caralitano. Increpandos senes incorrigibiles*[1]

Predicator omnipotentis Domini[2] Paulus apostolus dicit, Seniorem ne increpaueris. Sed hec[3] eius regula[4] in ea[5] re seruanda est cum culpa senioris exemplo suo non trahit ad interitum corda iuniorum. Vbi autem senior iuuenibus[6] exemplum[7] ad interitum prebet, ibi[8] districta increpatione feriendus est[9].

*Reg. 9.1; JE 1525; Tc 190; ID 5.312 as BD 1.197, but insc. as here, not BD*

---

[1] Increpandos – incorr. *in mg.* ZOG
[2] Domini CRSKNVPZOHA; Dei B
[3] *corr. to* nec B
[4] eius reg. CRKBZOHA; reg. eius ND
[5] ea CKBVZOHA; hoc N; eo D
[6] uel uiuentibus *add. ss* R[2]; *corr. fr.* iuuentibus S
[7] exemplum CS(*after* interitum *before corr.*)KNBZOQA; exemplarum H
[8] ibi CKDBZOA; in N
[9] est CKNBZOHQ; *om.* A

**68**

*Idem*[1] *Iohanni episcopo Parnormo*[2]*. Quod que non fuit legitima uxor dyaconi possit nubere alii*

Quia sunt culpe in quibus culpa est relaxare uindictam, querenda est semper ueritas ut inquiri debeat utrum accusatum noxa condempnet an a pena innocentia patefacta subducat. Itaque peruenit ad nos Fantinum[3] defensorem ultionem exercere in Petro[4] latore[5] presentium uoluisse[6], pro eo quod quantum dicitur relictam cuiusdam dyaconi tempore quo conductor fuit marito tradiderit[7]. Sed quoniam iste[8] coniugem diaconi asserit non fuisse, dicens nec eam[9] uirginem ad eum uenisse, denique ut nec religiosam uestem mutare presumeret postquam ille in ordine sacro promotus est, adiciens et priusquam ad dyaconem ueniret et postea praua illam opinione uixisse. Ideoque fraternitatem tuam his hortamur[10] affatibus ut cum Dei sicut decet timore causam hanc subtili omnino inuestigatione perquiras et si in[11] coniugio dyaconi mulier[12] de qua agitur fuisse constiterit et sanctus tuus[13] lator memorato defensori et rectori patri monasterii[14] ad uindictam modis omnibus tradatur[15] et cum[16] competenti emendatione hii[17] qui male sociati sunt disiungantur. Si uero in eius coniugio non fuerit[18], memoratum Fantinum[19] ex nostro mandato [53va] commonere te uolumus ut eis[20] facere nil[21] presumat[22] nec falsa illum accusatio apud eum in aliquo[23] pregrauet.

---

[1] Idem LRXSWKNBVPZOHA; *om.* C
[2] Parnomo RXKDBVPZOGH; Panormitano CA; Parnormo L(*after corr.*); Parnamo S; Parnmo N
[3] Fan- CNDBZOHA; Fau- K
[4] in Petro CKNBZOHQ; inpetus A
[5] latore CNDBZOHA; datore K
[6] uol- CLRSKNDVP?ZOHA; nol- B
[7] -iderit CKDBZOHA; -idit N
[8] iste CKNBZOHQ; in te A
[9] eam CSKNBVP; illam ZOHA
[10] *corr. fr.* -atur V
[11] in CKDBVZOHA; *om.* N
[12] *corr. to* mulierem C[2]
[13] sanctus tuus LRXSWNDBVPZOHA; supra scriptus CL[2]V[2]; secundum *over erasure* K
[14] patri monasterii LRXSWKNBVPZOHA; patrimonii CV[2]
[15] tradatur CKDBZOHA; tendatur N
[16] cum CNDBZOHA; *om.* K
[17] hii CLRXSKNDBVH; ii ZOQA
[18] fuer' ND
[19] Fan- CNDBZOHA; Fau- K
[20] eis CNDBZOHA; ei (*adding* quicquam *ss*) K
[21] nil CNDBZOHA; non K
[22] presumat CKBZOHA; presumant ND

*Reg. 1.4; JE 1918; Tc 191; ID 6.84 lacks first sentence, 9.126a (and cf Landau (1984). 41); D 28 c 10*

[23] aliquo CKNBV; aliquid LRSZOHA; aliquod X

**69**

*Idem Augustino Anglorum archiepiscopo[1]. De quadragesima*

Denique sacerdotes et dyaconi et reliqui quos dignitas[2] ecclesiastici gradus exornat a quinquagesima propositum ieiunandi suscipiunt, quo et aliquid ad pensum[3] sancte institutionis adiciant, et eorum qui in laicali ordine consistunt obseruantiam sicut loco ita religione precellant. De ipsa uero die dominica hesitamus quidnam dicendum sit, cum omnes laici et seculares illa die plus solito et[4] ceteris diebus accuratius cibos carnium appetant, et nisi noua quadam auiditate usque ad medias[5] noctes se ingurgitent[6], non aliter[7] se huius sancti temporis obseruationem suscipere putant. Quod utique non rationi sed uoluptati, immo cuidam cecitati mentis adscribendum est[8]. Vnde nec a tali consuetudine auerti possunt, et ideo cum uenia suo ingenio relinquendi sunt[9], ne forte peiores existant[10]. si a tali consuetudine prohibeantur[11]. Vt enim[12] ait Salomon, Qui multum emungitur[13] elicit sanguinem. ET[14] POST PAVCA. Par[15] est autem ut qui his[16] diebus a carne animalium abstinemus ab omnibus quoque que sementiuam carnis trahunt originem ieiunemus. A lacte uidelicet[17], caseo et ouis. ET[18] POST PAVCA. Ceterum piscium esus ita Christiano relinquitur[19], ut hic ei[20] infirmitatis solacium, non luxurie[21] pariat incendium. Dumque[22] a carne abstinet nequaquam[23] sumptuosiora marinarum beluarum conuiuia[24] paret. Vinum ergo[25] ita bibere permittimur, ut ebrietatem omnino fugiamus. Alioquin restat ut omnia que corpori libent[26] similiter faciamus.

*Reg. ed. Maur. App xiii; JE+ 1987; Tc 195; ID 4.29; D 4 c 6*

[1] Ang. archiepiscopo CXSWKN; Ang. RBZOHA; Ang. episcopo LDG(*after* quad.); angelo P
[2] *corr. from* dignatas K
[3] ad pensum CSKDBZ[2]OHQA; appensum NZ
[4] a *add. ss* K
[5] *corr. fr.* mechas K
[6] *corr. fr.* -etent H
[7] non al. *ss* O
[8] est CKNBZOHQ(*before* adstr.); *om.* A
[9] et ideo cum uenia - sunt *in mg.* B
[10] -ant CNDBPZOHA; -unt K
[11] *over erasure* H
[12] Vt enim CRSBPZOHA; Vnde enim KND; Vnde etiam K[2]
[13] emungitur CRSDBPZOHQ; emuigtur K; emulgrauerit N; ? A
[14] Et CKDBZOHA; At N
[15] Par CKNBZOHQ; Pars A
[16] his CKNBHQ; is ZOA
[17] et *add.* HQ, *om.* CSKNBZOA
[18] Et CKDBZOHA; At N
[19] relinquitur CKDBZOHA; relinquendus est N
[20] hic ei CRSKDB; ei N; hec eis ZOHA
[21] -u- *ss* K
[22] Dumque LRSWKBVPZO[2]HA; Denique qui CV[2]; Denique X; Dum O
[23] sibi *add.* ZOHA, *om.* CXSKNBVP
[24] -i- *ss* K
[25] ergo CSKNBVP; uero ZOHA
[26] libent CRKNB[2]VPZOHQ; libet B; bibent A

**70**

*Quod mulier eadem hora qua genuerit gratias actura intrare possit ecclesiam*[1]

Si mulier eadem hora[2] qua genuerit actura gratias intrat[3] ecclesiam, nullo pondere peccati[4] grauatur. Voluptas et enim carnis non dolor [53vb] in culpa[5] est. In carnis autem conmixtione uoluptas est, in prolis prolatione[6] gemitus[7]. Vnde et ipsi[8] prime mulieri dicitur, In doloribus paries. Si itaque[9] enixam mulierem prohibemus intrare ecclesiam[10] ipsam ei penam suam uertimus in culpam.

*JE 1843 resp. 10 (mod.); Tc 211a; D 5 c 2*

[1] Quod (Si P) - ecclesiam CRXSKNBVP; Gregorius (ZO *only*) Responsus (Responsio Z) Gregorii ad interrogationes Augustini episcopi Anglorum ZOGHQA (ZOG *in mg.)*
[2] que *add.* H, quod *add.* Q(*with* qua *ss*), *om.* CSKNBZOA
[3] intrat CKDBZOHA; intra N
[4] pond. pecc. CRXSKNBVP; pecc. pond. ZOHA
[5] *ss* C
[6] prolatione CKDBZOHA; proliberatione N
[7] gem- CKNBZOHQ; gen- A
[8] *corr. fr.* ipse K; et *add.* O
[9] itaque CNDBZOHA; ergo (*ss*) ita K
[10] intrare ecclesiam CRXSKNBVP; ecclesiam intrare ZOHA

**71**

*Quod non prohibeatur*[1] *baptizari enixa mulier eadem hora qua gignit*[2]*, uel hoc quod genuerit*[3] *eadem hora qua natum*[4] *est si periculo mortis urgentur*[5]

Baptizare[6] autem uel enixam mulierem uel hoc quod genuerit si periculo mortis urgetur uel ipsa hora eadem[7] qua gignit uel eadem qua[8] natum est id quod gignitur nullo modo prohibetur, ne dum adhuc tempus ad prebendum redemptionis mysterium[9] queritur interueniente paululum[10] mora[11] inueniri non ualeat qui redimatur[12].

*Greg. I ut sup. continued; Tc 211b; ID 1.62; IP 1.22; D 5 c 3*

[1] prohibeatur CRXSBP; prohibetur KNDV
[2] gignit CRKDBP; genuer' N
[3] genuerit CRKDBP; gignit N; uel - genuerit *om.* L
[4] natum LRS$^2$KNBVP; natus CX; nat' W
[5] Quod - urgentur CRXSKNDBVP; *om.* ZOGHA
[6] Capt- W
[7] *ss* O
[8] gignit uel eadem qua *om.* QA
[9] mysterium CKNBZHA; ministerium O
[10] -olum N
[11] mora CRNDBZOHA; *om.* K
[12] redmatur N

**72**

*Quod ad concubitum mulieris enixe uir suus accedere non debet quousque qui*[1] *gignitur ablactetur, et quod mulier que menstruam patitur*[2] *ecclesiam intrare prohiberi non debet*[3]

Ad eius uero concubitum uir suus accedere non debet quousque qui[4] gignitur ablactetur. Si autem filios suos ex praua consuetudine aliis ad nutriendum tradunt, nisi purgationis[5] tempus transierit uiris suis non debent admisceri[6]. Quippe et sine partus

[1] quousque qui CLKDB; qui quousque N
[2] patitur C?LRXSWKDBVP; *om.* N
[3] Quod - debet CRXSKNDBVP; *om.* ZOGHQA
[4] *ss* K
[5] *corr. fr.* -es O
[6] non debent (debeant Z) admisceri CKNBZOHQ; admisceri non debent A

causa cum[7] in[8] consuetis menstruis detinentur uiris suis misceri[9] prohibentur ita ut morte lex sacra feriat, si quis uir ad mulierem menstruam accedat. Que tamen mulier dum consuetudinem menstruam[10] patitur prohiberi ecclesiam intrare[11] non debet, quia ei nature superfluitas in culpam non ualet reputari, et pro[12] hoc quod inuita patitur iniustum est ut ingressu ecclesie priuetur. Nouimus namque[13] quod mulier que fluxum patiebatur sanguinis[14] post tergum Domini[15] humiliter ueniens uestimenti eius fimbriam tetigit atque ab ea statim sua infirmitas recessit. Si[16] ergo in fluxu sanguinis posita laudabiliter potuit Domini uestimentum tangere. cur[17] [54ra] que menstruam[18] sanguinis patitur ei[19] non liceat ecclesiam intrare? Si enim[20] bene presumpsit que uestimentum Domini in languore posita tetigit, quod uni persone[21] infirmanti conceditur, cur non concedatur cunctis mulieribus que nature sue uitio infirmantur?
*Greg. I ut sup. continued; Tc 211c; ID 8.88a var. to* ecclesie priuetur*; cf below 3.15.50; D 5 c 4a to* gignitur ablactetur *only*

---

[7] *ss* H
[8] in *om.* Q
[9] *corr. fr.* masc- H?
[10] *an erasure follows in* Z
[11] ecclesiam intrare CRXSKNBVP; intrare ecclesiam ZOHA
[12] pro CRSKNVPZHQA; per BO
[13] -que *ss* K
[14] pat. sang. CRSKDBPZOA; sang. pat. NHQ
[15] *repeated and canc.* O
[16] Si CNDBZOHA; Ei K
[17] in fluxu sanguinis - cur *om.* K (*in* ND)
[18] menstruam CNDBZOHA; fluxum K
[19] ei CNDBZOHA; cur *ss over lacuna* K
[20] enim LRSNDBVPZOHA; ea CKV[2]; ei XW
[21] persone CLRXSWDBPZOHA; que K?N

## 73

*Quod mulier que menstruam[1] patitur communionis mysterium in eisdem[2] diebus percipere non debet prohiberi[3]*

Sancte autem communionis mysterium in eisdem diebus percipere non debet prohiberi. Si autem ex ueneratione magna percipere non presumit, laudanda est, sed si perceperit non iudicanda[4]. Bonarum quippe mentium est et ibi aliquomodo culpas suas agnoscere, ubi culpa non est, quia sepe sine culpa agitur quod uenit ex culpa. Vnde etiam cum[5] esurimus sine culpa comedimus quibus ex culpa primi hominis factum est ut esuriamus.
*Greg. I ut sup. continued; Tc 211d; D 5 c 4b (Palea)*

---

[1] menstruam CRKDB; *om.* N
[2] eisdem CRKDB; his N
[3] Quod - prohiberi CRXSKNDBVP; *om.* ZOGHA
[4] est *add.* A, *om.* CRKNBZOHQ
[5] n *with* cum *ss* O

## 74

*Quod uir cum propria coniuge dormiens nisi lotus aqua ecclesiam intrare non debet[1]*

Vir autem cum coniuge propria[2] dormiens, nisi lotus aqua ecclesiam intrare non debet, quamuis diuerse[3] hominum nationes de hac re diuersa sentiant, atque alia custodire uideantur, Romanorum tamen semper ab antiquioribus usus fuit, post

---

[1] Quod - debet CSKNBVP; *om.* ZOGHA
[2] con. prop. CRXKNVPZOA; prop. con. SB
[3] *after corr.* B

admixtionem proprie coniugis et lauachri purificationem querere et ab ingressu ecclesie paululum[4] temperare. Nec hoc dicentes culpam deputamus esse coniugium[5], sed quia ipsa licita admixtio coniugis sine uoluptate carnis[6] fieri non potest, a sacri loci ingressu abstinendum est, quia uoluptas ipsa sine culpa esse nullatenus potest. Non enim de adulterio uel fornicatione sed de legitimo matrimonio susceptus erat qui dicebat, Ecce enim in[7] iniquitatibus conceptus sum. Oportet itaque legitimam[8] carnis copulam ut causa prolis sit non uoluptatis et carnis commixtio creandorum liberorum sit gratia, non satisfactio uitiorum. Si quis [54rb] uero sua coniuge non cupidine uoluptatis raptus sed solum modo creandorum liberorum gratia utitur, iste profecto siue de[9] ingressu ecclesie seu de sumendo dominici[10] corporis sanguinisque mysterio suo est iudicio[11] relinquendus, quia a nobis prohiberi non debet accipere qui in igne positus nescit ardere. Cum uero non amor procreande sobolis sed uoluptas dominatur in opere commixtionis, habent coniuges etiam de commixtione sua quod defleant. Tunc autem uir qui post admixtionem coniugis lotus aqua fuerit[12], etiam sacre communionis mysterium ualet accipere, cum ei secundum prefinitam sententiam ecclesiam licuerit intrare.

*Greg. I ut sup.; Tc 211e; ID 8.88b var.; below 3.15.51-2 as ID; +C 33 q 4 c 7*

---

[4] -olum N
[5] *ss, corr. fr.* conui R[2]
[6] carnis CKNBZHA; carni O
[7] in CKDBZOHA; *om.* K
[8] -gi- *ss* A
[9] *ss* O
[10] dominici CRKNVPZOHA; Domini B
[11] est iud. CNDBZOHA; iud. est K
[12] aqua fuerit CKNBZOHQ; fuerit aqua A

## 75

*Interrogatio Augustini Anglorum archiepiscopi[1] de pollutione*

Si post illusionem que per somnium solet accidere uel corpus Domini quislibet accipere ualeat, uel si sacerdos sit[2] sacra misteria celebrare?

*Greg. I ut sup. Int. 11; H 742a,11-14, M 1128; Quad. 4.373a; Coll.Sem. 1.175a;* Rolker, 'Genesis', 84 n. 27; *ID 2.51 as BD 3.42; cf +da D 6 c 1*

---

[1] Anglorum archiepiscopi CXSW; Anglorum episcopi L; et responsio (-sus Q) Gregorii ZOGHQA, *om.* RKNBVP
[2] sit CRNDBZOHA; *om.* K

## 76

[1]*Responsio Gregorii*[2]

Et quidem hunc testamentum ueteris legis sicut in superiori capitulo iam diximus pollutum dicit nisi lotum aqua eique usque ad uesperum intrare ecclesiam non conceditur. Quod tamen aliter populus spiritualis intelligens. sub eodem intellectu accipiat quo prefati sumus. quia quasi per somnium illuditur qui temptatus immundicia ueris imaginibus in cogitatione inquinatur[3], sed lauandus est aqua, ut culpam cogitationis lacrimis abluat, et nisi prius ignis temptationis recesserit, reum se quasi usque ad uesperum cognoscat. Sed est in eadem illusione necessaria ualde discretio, que subtiliter pensare debeat, ex qua re accidat menti dormientis. Aliquando enim ex crapula, aliquando ex nature superfluitate uel infirmitate, aliquando ex

---

[1] Hoc est *add.* HA, Hec est *add.* Q, *om.* CSKNBZO
[2] Gregorii CKNBZQA; Gregorius O
[3] -atur CKNBZOHQ; -atus A

cogitatione contingit[4] pollutio. Et quidem[5] cum ex nature superfluitate[6] uel infirmitate[7] euenerit, omnimodo hec illusio non est timenda, quia hanc animus nesciens [54va] pertulisse magis dolendus est quam fecisse. Cum uero ultramodum appetitus gule in sumendis[8] alimentis[9] rapitur, atque idcirco[10] humorum receptacula grauantur, habet exinde[11] animus aliquem reatum, non tamen usque ad prohibitionem sacri misterii[12] percipiendi. uel missarum sollempnia celebrandi cum fortasse[13] aut festus dies[14] exigit aut exhibere[15] ministerium pro eo quod sacerdos alius in loco deest ipsa necessitas compellit. Nam si assunt alii[16] qui implere ministerium[17] ualeant illusio per crapulam facta a perceptione sacri[18] misterii prohibere non debet, sed ab ymmolatione sacri mysterii[19] ut arbitror abstinere debet humiliter[20], si tamen dormientem[21] turpi imaginatione non concusserit. Nam sunt quibus ita plerumque illusio nascitur ut eorum animus etiam in somno corporis positus turpibus imaginibus non fedetur. Qua in re unum ibi ostenditur ipsa mens rea non tunc uel in suo iudicio libera, cum se etsi[22] dormientis corpore nichil meminit uidisse, tamen in uigiliis[23] corporis meminit ingluuiem cecidisse. Sin uero ex turpi[24] cogitatione uigilantis oritur illusio in mente dormientis, patet animo reatus suus, uidet enim a qua radice inquinatio illa processit, quia quod[25] cogitauit sciens, hoc pertulit insciens[26].
*Greg. I ut sup. Resp. 11; H 742a.5-65, M 1128-9; Coll.Sem. 1.175b, has more; Quad. 4.373b;* Rolker, 'Genesis', 84 n. 27; *ID 2.52a (cf 10.111 for pt 2); IP 1.159 var. from* Sed est in*; +D 6 c 1 var.*

[4] -ingit RXSWKNDBP; -igit CLV
[5] Et quidem CRKDB; Ecquidem N
[6] uel superfluitate *add. (twice) and canc.* X
[7] aliquando ex cogitatione - infirmitate CLRXSWKND$^2$BVP; *om.* DZOHA
[8] -endis CKNBZOQA; -entis H
[9] almentis N
[10] -irco CKNBOHA; -irca Z
[11] habet exinde CKNBZOHQ; h' uel eninde A
[12] sacri misterii CXSKNBVP; *om.* ZOHA
[13] *in mg.* C
[14] festus dies CRXKNBP; dies festus S; festi dies ZOHA
[15] -ere CRXSKNBVP; -eri ZOHA
[16] alii CRXKNBVP; aliqui ZOHA
[17] impl. min. CKDBV(*corr. fr.* mist- )ZOHA; min. impl. N
[18] *corr. fr.* sacris H
[19] prohibere non debet – misterii *in mg.* X$^2$
[20] sed ab ymm. - humiliter CRSKNBV; *om.* ZOHA
[21] -entem CRXSKNBV; -enti ZOHA
[22] -si *ss* B
[23] -iliis CRKNVPZOHA; -ilii B
[24] ex turpi CRSKNBVZH; turpi ex O$^2$A; turpi OQ
[25] *corr. fr.* quid Z
[26] insciens CLXSWKND; nesciens RBVZOHA; ? P

## 77

*Beatus[1] Gregorius ad Secundinum inclusum. Quomodo lapsi possint[2] restitui*

Sanctitas tua hoc a nobis requisiuit, ut tibi rescriberem[3] de sacerdotali officio post lapsum resurgendi dum dicis de hoc canones diuersos[4] te legisse, diuersasque sententias alias resurgendi, alias nequaquam. Nam nos generaliter a Nycena synodo incipientes hanc cum reliquis quatuor ueneramur, que[5] ipsam sequentes in cunctis sententiis unanimes concordant. [54vb] Nos ergo precedentes patres sequimur, quia

[1] Beatus CKNBZOHQA; *om.* G
[2] possint CKNBZOHQ; possunt A
[3] -erem CNDBZOHQ; -ere KA
[4] *corr. fr.* -erso B
[5] que CKDBZOHA; quam N

auctore Deo a[6] sacra doctrina illorum non discordamus[7]. A capite itaque incipientes[8] usque in quartum altaris ministrum hanc formam seruandam cognoscimus, ut quem[9] minorem maior precedit, sicut honore est maior, ita[10] sit in crimine. Et[11] quem maior sequitur culpa maior ei implicetur[12] uindicta, et sic postea penitentia credatur esse fructuosa. Quid enim prodest triticum seminare et fructum eius non colligere? Aut domum construere et non illic habitare? Post dignam enim satisfactionem credimus lapsum redire posse ad honorem, propheta dicente. Numquid qui[13] cadit non adiciet ut[14] resurgat? Et qui auersus[15] est non reuertetur? Idem peccatori ait, In quacumque die conuersus ingemueris, tunc saluus eris. Vnde et salmista ait, Cor mundum crea in me Deus, et spiritum rectum innoua in uisceribus meis. Ne proicias me a facie tua, et spiritum sanctum tuum ne auferas a me. Alienam quippe rex et propheta rapuisse se uxorem tremefactus expauit propheta indicante flagitium suum et penitentiam agens addit. Redde mihi leticiam salutaris tui et spiritu principali confirma me. Si enim ipse dignam Deo penitentiam non fecisset nequaquam aliis predicaret. Ait enim, Docebo iniquos uias tuas et impii ad te[16] conuertentur. Dum enim peccata sua perspexit[17] per penitentiam mundata non dubitauit predicando castigare aliena. Et[18] sic sacrificium de semet ipso offerre Deo studuit cum dixit, Sacrificium Deo Spiritus contribulatus. Ad hec ista sufficerent sed omnis sententia quo plus sacre scripture testimoniis confirmatur, facilius creditur. De hoc enim propheta dicit, Nolo mortem peccatoris sed ut[19] conuertatur et uiuat. De hoc peccantibus[20] dicitur, Peccator in [55ra] quacumque die conuersus ingemuerit[21], omnes iniquitates illius[22] in obliuionem tradentur. Si enim redemptor noster qui peccatores non perdere sed iustificare uenit in obliuione delicta peccantium derelinquit[23] quis hominum condempnanda reseruet cum dicat apostolus, Si Deus iustificat, quis est qui condempnet? Ad[24] fontem misericordie recurrentes euangelicam proferamus sententiam, Gaudebo, inquit, super uno peccatore penitentiam agente quam super nonaginta nouem[25] iustis[26] qui non indigent[27] penitentia. Et ouem perditam nonaginta nouem non errantibus relictis humero[28] ad ouile[29] reportauit. Si ouis errans post inuentionem ad ouile humero reportatur[30], cur lapsus post penam ad ministerium non reuocetur? Quid est ergo grauius, carnale delictum admittere, sine quo pauci inueniuntur, aut Dei filium negare? In quo peccato

---

[6] *ss* Z
[7] -amus CKNBZOA; -amur HQ
[8] -en- *ss* A
[9] *after corr.* N
[10] ita CNDBZOHA; *om.* K
[11] Et CKDBZOHQA; At N
[12] implicetur CKDBZOHA; multiplicetur N
[13] *ss* Z
[14] *corr. fr.* non A
[15] aue- CLRS$^2$KNBZ; adue- XSOHA
[16] impii ad te CRXSZBVPO; i.a. KH; i. a. t. NDQA
[17] persp- CRXSKNVP; prosp- ZOHA; ? B
[18] Et CRSKDVPZOHA; At N; ? B
[19] ut CSKNBZOA; *om.* HQ
[20] peccantibus CRXKDBZOHA; peccatoribus SN
[21] conu. ing. CRKNVPZOHA; ing. conu. B
[22] illius CRXKNBVP; eius SZOHA
[23] derelinquit CRSNBZOHQ; delinquit KDV; derelinquid A
[24] Ad CRKDBZOHA; Aliter N
[25] nouem CRDBZOHA; nonem K; viiii N
[26] *add. in mg.* H
[27] -ent CNDBZOHA; -et K
[28] reportatur *add. and canc.* A
[29] ad ou. *ss* H
[30] Si ouis errans - reportatur (*corr. to* reportauit) *in mg.* H

ipsum beatum principem apostolorum Petrum ad cuius nunc corpus indigni sedemus lapsum esse cognoscimus, sed post negationem penitentia[31] sequuta est, et post negationem penitentia data quia illum ab apostolatu non deiecit[32] quem ante se ipsum negaturum esse predixit, Tibi hec fili karissime dicta sufficiant, ut illum quem conspicis delicta fletu delere non dubites in conspectu diuinitatis misericordiam[33] consequi, quia nullum peccantem reuersum despicit, qui peccatores[34] sanguine suo redimere uenit.

*Reg. 9.147 (interpolated form from P mss only); JE 1673; cf H 737a-b, M 1111-2; ID 6.85; IP 3.147 abbrev; D 50 c 16 to* ipsum se negare predixit

[31] *corr. fr.* penet- O
[32] *corr. fr.* deicit Z
[33] -iam CKNBZOHQ; -ia A
[34] suos de *add.* C, *om.* LRXSWKNBVZOHA; ? P

## 78

*Idem[1] ex registro[2]. De Leone per[3] sacramenta purgato*

Quoniam quedam[4] contra sacerdotale propositum de Leone fratre et coepiscopo nostro[5] sinister rumor asperserat, utrum uera essent districta diutius fecimus inquisitione perquiri et nullam in eo de his que fuerant dicta culpam inuenimus. Sed ne quid uideretur omissum cordi nostro potuisse dubium remanere, ad beati Petri sacratissimum corpus districta[6] eum[7] ex habundanti fecimus [55rb] sacramenta prebere. Quibus prestitis magna sumus exultatione gauisi, quod[8] huiuscemodi innocentia eius euidenter enituit.

*Reg. 2.30; JE 1183; BD 1.194 (med.); AL 6.148 as here; Tc 222; ID 5.309 as BD; IP 5.5 as ID; C 2 q 5 c 6 med. as IP*

[1] Idem CRKNBOHQ; Item SZA
[2] ex reg. *after* purgato ZOGHA
[3] per CNDBZOHA; *om.* K
[4] quedam CKDBZOHA; quidam N
[5] nostro CNDBZOHA; *om.* K
[6] *after corr.* Z
[7] eum CKNVPZOHA; *om.* B
[8] quod CKNBZHA; *om.* O

## 79

*Idem Iohanni[1] defensori[2]. Quod nullam uim habeant iniusta[3] iudicia uel incerta[4] cap.xl[5]*

Quod quidam frater de falsis se capitulis accusatum neque aliquid ordinabiliter factum sed iniuste se asserit condempnatum diligenter querendum[6] est, primo si iudicium[7] ordinabiliter est habitum, si[8] alii accusatores alii testes fuerunt, deinde causarum qualitas[9] si digna exilio uel depositione fuit, si eo[10] presente[11] sub iureiurando contra eum testimonium dictum est, si scriptis actum est[12], si ipse

[1] Iohannis Z
[2] cap. xl *add.* KND, *om.* CRXSBVZOHA
[3] hab. iniusta LRXSW(*corr. fr.* habent)KNBPZOGHA; iniusta hab. C
[4] uel incerta CRSKBVPZOHA; *om.* ND
[5] cap. xl CRXSBZOHQ; *om.* KNDVA
[6] -dum CRXSBVPZOHA; -dus KND
[7] primo si iud. CRSKNVPZOHA; si iud. primo B
[8] si CKDBZOHA; sed N
[9] est habitum si - qualitas *in mg.* O
[10] eo CRKNVPZOHA; ea B
[11] *ss* O
[12] si scr. actum est *om.* K (*in* ND)

licentiam respondendi ac defendendi[13] se habuit[14]. Sed et de personis[15] accusantium ac testificantium subtiliter querendum est, cuius conditionis cuiusue opinionis et ne inopes sint[16], ne forte aliquas contra prefatum pastorem inimicitias habuissent, utrum testimonium ex auditu dixerint, aut certe specialiter[17] se scire testati sunt, si scriptis iudicatum est et patribus presentibus sententia recitata est. Quod si forte hec sollempniter acta non sunt, neque causa probata est que exilio uel depositione digna sit, in ecclesiam suam[18] modis omnibus reuocetur.

*Reg. 13.47; JE 1912; Tc 229; ID 6.343 (insc. almost as here); IP 4.82, 4.94 var. from* Querendum utrum testimonium ex auditu*; C 2 q 1 c 7 para. 3 as here, the original form of the cap. before it was enlarged.*

---

[13] defendendi LRXSWKNBV[2]PZOHA; defendi CV
[14] habuit CLRXKDBVPZOHA?; habuerit SWN
[15] personis CKDBZOHA; ipsis N
[16] ino *add. and canc.* O
[17] specialiter CRXK[2]ND?PZOHA; sp'aliter SKV; spiritaliter B
[18] *ss* C

## 80

*Vt singulis personis singula ecclesie tribuantur officia*

Gregorius omnibus episcopis. Singula ecclesiastici iuris officia singulis quibusque[1] personis[2] singulatim debere committi iubemus[3]. Neque enim uni quamlibet[4] exercitate[5] persone uno tempore duarum rerum officia committenda censemus quia si totum[6] corpus oculus, ubi auditus? Sicut enim uarietas membrorum per diuersa officia et robur corporis seruat et pulchritudinem representat, ita uarietas personarum[7] nichilominus officia distributa et fortitudinem et uenustatem sancte Dei ecclesie manifestat. Et sicut indecorum[8] est ut in corpore humano alterum membrum alterius [55va] fungatur officio ita nimirum noxium simulque[9] turpissimum[10] si singula rerum ministeria personis totidem non fuerint[11] distributa.

*John the Deacon, Vita Greg. 2.54; 74T 258; AL 7.94; Tc 230; ID 6.344; D 89 c 1*

---

[1] quibusque CRKNBOHQA; cuiusque Z
[2] personis CRKD[2]BZOHA; ipsis N; personos D
[3] iubemus CRSBVZOHA; debemus KD; censemus ND[2]
[4] uni quamlibet CRKNVZOHA; uni (*in mg.*) S; unquam libet BP
[5] exercitate CKDBZOHA; excecitate N
[6] totum CNBZOKHQ; *om.* A
[7] personarum CKDBZOA; quarum N
[8] -c- *ss* K
[9] simulque CNDBZOHA; similique K
[10] -r- *ss* C
[11] -erint CSKNBZQA; -erit OH

## 81

*Idem Andree Tarentino episcopo. De incertis iudiciis*

Habuisse te concubinam manifesta ueritate comperimus et te illius criminis participationem[1] habere de qua etiam contraria est quibusdam nata suspicio. Sed quia in rebus ambiguis absolutum non debet esse iudicium, hoc tue conscientie committendum eligimus. Qua de re si in sacro ordine constitutus eius te recolis permixtione[2] maculatum, sacerdotii honore deposito ad ministrandum nullomodo presumas accedere, sciturus in anime tue periculo ministrare et Deo nostro te sine

---

[1] -nem CNDBZOHA; -ne K
[2] rec. perm. CRXSKNBV; perm. rec. Z(-x- *ss*)OHA

dubio reddere rationem si huius sceleris conscius in eo quo es ordine celans[3] ueritatem permanere uolueris.
*Reg. 3.44; JE 1249; Reg. P App. 2.24; AL 8.12; Tc 235; ID 5.310 as BD 1.195, 6.344A as here; +D 33 c 7*

[3] celans CLRSKDBPZOQ[2]A; zelans X; scelans NHQ

## 82

*Idem Ianuario episcopo Sardinie[1]. Vt nemo pro[2] sepulturis mortuorum[3] quicquam[4] requirere aut exigere[5] presumat[6]*

Graue[7] nimis et procul est a sacerdotis officio precium de terra concessa putredini querere et de alieno uelle facere luctu compendium. Hoc autem uitium et nos postquam Deo auctore ad episcopatus honorem accessimus[8] de ecclesia nostra omnino uetuimus et prauam denuo consuetudinem nequaquam usurpari permisimus, memores quia dum Abraham a filiis Efrom hoc est filium[9] Soor[10] sepulchrum precio ad humandum[11] corpus coniugis postularet, premium[12] accipere rennuit, ne commodum uideretur de cadauere consecutus. Si ergo tante considerationis paganus uir fuit, quantomagis nos[13] qui sacerdotes dicimur[14] hoc facere non debemus? Vnde ne hoc auaricie uicium uel in alienis denuo temptari presumatur admoneo. Sed si quando in ecclesia uestra[15] sepeliri conceditis[16] parentes siquidem ipsius[17] proximi [55vb] uel heredes pro luminaribus sponte quid offere uoluerint accipere non uetamus[18]. Peti uero aut aliquid exigi omnimodo prohibemus ne quod ualde irreligiosum est aut uenalis[19] quod absit dicatur ecclesia, aut uos de humanis uideamini mortibus gratulari si ex eorum cadaueribus[20] studeatis quolibet modo compendium[21].
*Reg. 3.35; JE 1524; ID 3.101 as here; IP 2.27 from* Peti uero*; C 13 q 2 c 12 var.*

[1] *om.* L
[2] *ss* B
[3] mortuorum CLRXKNBVP; defunctorum SZOGHA
[4] quicquam CLKDBZOHA; aliquid N
[5] requirere aut exigere RXSBPZOGHA; exigere aut requirere CW; exigere LKNDV
[6] Idem - presumat *in mg.* A
[7] Graue CRXKNBVPOA; Praue SZHQ
[8] accessimus C(-c- *ss*)LRSWBVPZOHA; concessimus XKD; conscendimus ND[2]
[9] filium LRXSWNDBVPZOHA; filio CV[2]K; Efrom - filium *in mg.* P[1]
[10] Soor LRBVPZOHQA; Sophor CX; Sehor SK; *om.* W; Hemor ND[2]; Sohor D
[11] humandum LRSKNVPZOHA; human dum C; humanandum XW; humanum B
[12] premium CLRXSWVZOHA; precium KNDBP
[13] *corr. fr.* hoc V[2]
[14] dicimur CRDBVPZOHA; dicuntur KN
[15] uestra CRKNVPZOHA; quenquam (*over erasure*) B
[16] aliquem uel *add. ss* C, si aliquem *add. in mg.* L, aliquem *add.* V[2], *om.* RXSKNBPZOHA
[17] ipsius CRSKNVPZOHA; illius B
[18] uet- CKNBZOQA; uer- H
[19] -alis CLRXSPH; al' WKDBVZOA; -ale N
[20] *obsc. addn in mg.* C; querere *add. ss* V[2]
[21] adipisci *add.* ND, *om.* CRSKBZOHA

## 83

*[1]Vt[2] episcopus nullum ad sacrum ordinem monachum audeat promouere absque abbatis sui uoluntate*

Ad ecclesiasticum uero officium nullus ex monasterio[3] producatur monachus nisi quem abbas loci admonitus propria uoluntate obtulerit episcopo.

[1] Idem *add.* SZ[2]OGHA, *om.* CRXKNBVZ
[2] Vt CKNBZOHQ; *om.* A
[3] ex mon. *ss* V[2]

*Reg. 8.17; JE 1504; ID 1.227 as BD 4.33; D 58 c 1*

**84**

*Ex decretis eiusdem. Vt sanctimoniales si de monasterio exierint, per[1] incestaque federa se miscuerint. ab episcopo in monasterio reuocentur ac sub penitentia retrudantur*

Peruenit ad nos quod quidam uir nequissimus[2] diabolico instinctu de monasterio suaserat exire quandam Deo sacratam atque a quodam uiro unde exierat sit reuocata, rursusque eam uir ille nequissimus iniqua suasione de monasterio eiciens apud se nunc usque retineat impudice. Volumus autem ut episcopatus tui auctoritate in monasterio reuocetur ac reducatur.

*Reg. 10.3; JE 1770; abbrev. in Reg. P 2.162 and here; +C 27 q 1 c 15*

[1] per CRXKNBVP; ad S[2]; *om.* SZOHA
[2] *corr. fr.* -as Z

**85**

*Ex epistola Gregorii pape ad Adrianum notarium. Quod incantatores et sacrilegi districta ultione corrigantur*

Peruenit ad nos quod quosdam[1] incantatores atque sortilegos fueris insequutus, et omnino nobis sollicitudinem[2] zelumque tuum gratum fuisse cognoscas[3]. Studii enim tui sit[4] sollicite querere et quoscumque huiusmodi[5] Christi inimicos inueneris, districta ultione corrige.

*Reg. 11.33; JE 1823; Reg. P 2.358; ID 11.33a as BD 10.4a; +C 26 q 5 c 8*

[1] *corr. fr.* quidam O
[2] -tudinem *ss* O
[3] *corr. fr.* -atis O
[4] enim tui sit CKNBZHQ; enim tui O; tui enim A
[5] *corr. fr.* -mondi K

**86**

*Greg. ad Iohannem episcopum iniuste communicantem[1]. De iniusta excommunicatione. Inter cetera scripsit dicens[2]*

Cassatis prius atque ad nichilum [56ra] redactis predicte sententie tue decretis ex beati Petri apostolorum principis auctoritate decernimus triginta dierum spacio sacra te[3] communione priuatum ab omnipotenti Deo nostro tanti excessus ueniam cum summa penitentia ac lacrimis exorare. Quod si hanc sententiam nostram te cognouerimus[4] implesse remissius non tantum iniusticiam sed et contumaciam fraternitatis tue cognoscas iuuante Domino seuerius puniendam.

*Reg. 3.6; JE 1210; Bernold in* Libelli de Lite *2.36; ID 14.21 med.; IP 5.124 as ID*

[1] communicantem CLRXWNDBP; excommunicantem SVZOHQA; communicante K
[2] De - exc. Inter - scripsit dicens LRXWBVPZOA; De - exc. Inter - dixit scribens C; Inter - scripsit dicens. De - exc. SHQ; De - exc. KND
[3] sacra te CSKNBVZO; sacrate HQA
[4] -er- *ss* C

**87**

*Greg' Augustino Anglorum archiepiscopo. De clericis non[1] ordinatis si se continere non possunt[2]*

[1] *om.* P
[2] archiepiscopo (episcopo SV *before corr.,* ? B). De - possunt (-int V) CXSKNBVP; *om.* ZOHA

Si qui sunt[3] clerici extra sacros ordines constituti qui se continere non possunt. sortiri uxores debent et stipendia sua exterius accipere. Et de eisdem patribus de quibus prefati[4] sumus nouimus scriptum quod diuidebatur[5] singulis prout cuique opus erat. De eorum quoque stipendio cogitandum atque prouidendum est, et sub ecclesiastica regula sunt[6] tenendi, ut bonis moribus uiuant, et canendis psalmis[7] inuigilent et ab omnibus illicitis et cor et linguam et corpus Deo auctore conseruent[8].
*JE 1843; H 738a.52-53, M 1121; ID 6.86; IP 3.108; D 32 c 3*

---

[3] sunt CKNBZOHQ; *lacuna* A
[4] prefati CRDBVZOHQ; prestati KN; presati A
[5] di- *ss* K
[6] regula sunt LRXSWK(*and lacuna*)NBVPZOHA; sunt regula C (reg. *in mg.*)
[7] *ss* R
[8] conseruent LRXSWKNBVPZOHA; conseruerit C

## 88

*Ex registro Gregorii libro[1] primo. Quod manus que diluere sordes curat munda esse debeat[2]*

Necesse est ut munda sit[3] manus que diluere[4] sordes curat. ne tacta queque deterius inquinet si sordida insequens[5] lutum[6] tenet. Scriptum namque est, Mundamini qui fertis uasa Domini.[7] Domini etenim uasa ferunt[8] qui proximorum animas ad interiora[9] perducendas in conuersationis sue exemplo suscipiunt.
*Reg. 1.24; JE 1092; +C 1 q 1 c 93*

---

[1] libro CRXSKNBVPQ; lib' ZOA; liber H
[2] Quod - debeat CRXSKNBVP; *om.* ZOHA
[3] sit CRXSKNBVP; esse studeat ZOHA
[4] dil. que *marked for reversal* O
[5] insequens CNDBZOHA; inquinens K
[6] lutum CSKNBZOH$^2$Q; luctum HA
[7] Scriptum namque est – Domini *in mg.* Z
[8] ferunt CRSKNVPZOHQ$^2$; fuerunt BQ; ferant A
[9] sacraria *add. ss* CV$^2$, *om.* LRXSWKNBVZOHA

## 89

*Ex regulis Gregorii pape Petro subdiacono, libro primo. Quod quisquis culpam fecerit, in ipso uindicetur, a commodo autem eius abstineatur[1]*

Cognouimus quod si quis ex familia culpam fecerit non in ipso sed in eius substantia uindicatur. De qua re precipimus ut [56rb] quisquis[2] culpam fecerit. in ipso quidem ut dignum est uindicetur, a commodo autem eius omnimodo abstineatur.
*Reg. 1.42; JE 1112; ID 16.81 has more; +C 16 q 6 c 3*

---

[1] Ex reg. - primo. Quod - abst. CRXKNBVP; Ex reg' Greg. libro i Petro subd. Quod - abst. S; Ex registro Gregorii libro i Petro subdiacono ZOHA
[2] quisquis CKNBZOHQ; si quis A

## 90

*Ex registro Gregorii[1] libro quarto Maximiano[2] episcopo. De eo si rusticus perfidus[3] et obstinax ad Deum uenire minime consenserit[4]*

---

[1] pape *add.* CLW, *om.* RXSKNBVPZOHA
[2] Maximiano CLSWKNVPZOHQA; Maximo RB
[3] perf. rust. V
[4] De - cons. CXSKNBVP; *om.* ZOHA

Iam[5] uero si[6] rusticus tante fuerit perfidie et obstinationis inuentus ut ad Deum uenire minime consentiat. tanto pensionis onere[7] grauandus est ut ipsa exactionis sue pena compellatur ad[8] rectitudinem[9] festinare.
*Reg. 4.26 (recte* Ianuario ep.*); JE 1298; ID 11.94b; +C 23 q 6 c 4*

[5] Nam L
[6] si CKNBVZHA; *om.* O
[7] onere CSDBZOHA; honore K; honere NV
[8] ad CSK[2]ND[2]BPZOHA; et XKD
[9] rectitudinem CLRSBVZOHA; rectitudinis X; rectitudinis uiam (uiam *ss* KD) KND

**91**[1]

*Ex eodem libro. Ne iuuencule abbatisse fiant*[2]

Iuuenculas abbatissas fieri[3] uehementissime prohibemus.
*Reg. 4.11; JE 1282; C 20 q 1 c 12a*

[1] lxxxxii K
[2] Ex - libro. Ne - fiant CRXSKNBVP; Ex registro Gregorii lib' iiii ZOH; *om.* A
[3] fieri CSRKNBV; *om.* ZOHA

**92**[1]

*Ex eodem libro. Ne ueletur uirgo nisi sexagenaria*[2]

Nullum ergo[3] episcopum fraternitas tua nisi sexagenariam uirginem cuius uita hoc atque mores exegerint uelare permittat[4].
*Greg. I ut sup.; +C 20 q 1 c 12b var.*

[1] lxxxxiii K. *c 92 after c 93* X
[2] Ex - libro. Ne - sex. CRXSKNBP; Ex eodem libro ZOHQ; *om.* A
[3] ergo CL(*corr. fr.* go)XSWKND; igitur RBVPZOHQA
[4] -at CRNDBZOHA; -it K

**93**[1]

*Ex eodem libro. Quod non sit consecratio dicenda que ab excommunicatis est celebrata*[2]

Nos consecrationem dicere[3] nullo modo possumus que ab excommunicatis est hominibus celebrata.
*Reg. 4.20; JE 1292; ID 5.134 med.; C 9 q 1 c 1*

[1] lxxxxiiii K
[2] Ex - libro. Quod - cel. CRXSKNBVP; Ex eodem libro ZOHQ; Gg Natali episcopo in primo libro registri A (*cf* c.94)
[3] dicere CRKDBZOHA; dare N

**94**[1]

*Gregorius Natali episcopo in primo libro registri. Quod sicut iustum est ut nemo crescere compellatur inuitus, ita ne quisquam insons ab ordinis sui ministerio deiciatur iniuste*[2]

Gesta[3] que nobis in[4] concilii uestri confecta secretario direxistis in quo archidiaconus Honoratus addicitur plena esse cognouimus semine iurgiorum, cum uno eodemque tempore una persona nolens[5] ad sacerdocii ordinem prouehitur que

[1] lxxxxv K
[2] Greg. - reg. Quod - iniuste CRXSKNBV(*added in black ink*); Greg. - registri ZOHQ; *om., running cc 93-4 together* A
[3] Gesta CRNDBZOHA; Desta L; Festa K
[4] in CNDBZOHA; *om.* K
[5] nolen N

tanquam inmerita a diaconatus officio remouetur. Et sicut iustum est ut nemo crescere compellatur inuitus. ita censendum puto ne quisquam insons ab ordinis sui ministerio deiciatur iniuste.
*Reg. 1.19; JE 1087; ID 6.379; +D 74 c 2*

## 95[1]

*Idem Petro subdiacono. De lapsis sacerdotibus uel quolibet ex clero[2]*

De lapsis sacerdotibus uel quolibet ex clero obseruare te uolumus ut in rebus eorum nulla contaminatione miscearis [56va] sed pauperrima regularia monasteria require que secundum Deum uiuere sciunt[3] et in eisdem monasteriis ad penitentiam lapsos trade, et res[4] lapsorum in eo loco proficiat[5] in quo agere penitentiam[6] traduntur, quatinus ipsi ex rebus eorum subsidium habeant. qui et[7] correctione[8] eorum[9] sollicitudinem gerunt[10]. Si uero parentes habent res eorum legitimis[11] parentibus dentur. ita autem ut eorum stipendia qui in penitentiam[12] dati fuerint sufficienter debeant procurari. Si qui[13] uero ex familia ecclesiastica sacerdotes uel[14] leuite uel monachi uel clerici uel quilibet alii lapsi fuerint, dari eos in penitentiam uolumus. sed res eorum ecclesiastico iuri[15] non subtrahi. Ad usum tamen suum accipiant unde ad penitentiam subsistant, ne si nudentur locis in[16] quibus dati fuerint onerosi sint.
*Reg. 1.42; JE 1112; Reg. P. App. 1.36 (pt 2); AL 8.1 has more; ID 6.380, 15.20; +C 16 q 6 c 4*

---

[1] lxxxxvi K
[2] De - clero CRXSKNBV; *om.* ZOHA
[3] sciunt CKDBZOHA; sciant N
[4] res CKNBZOHQ; tres A
[5] -iat CKDBZOHA; -iant N
[6] penitentiam CKNBZOHQ; penitenti A
[7] et CXKNB; et de C[2]V[2]; de LRSVPWZOHA
[8] correctione CLRX[2]WKDBVOHA; rectione X; correptione SZ; correctionem N
[9] eorum LRXSKNBVPZOHA; illorum CW
[10] gerunt LRXSWKNBVPZOHA; tenent (uel gerunt *ss*) C
[11] legitimis CSKNBZHQ; legitimus O; legitimi A
[12] -tiam CKDBZOHA; -tia N
[13] *ss* A
[14] uel CKNBZOHQ; et A
[15] iuri CNDBZOHQ; uiri KA?
[16] *ss* C

## 96[1]

*Idem in[2] epistola ad Candidum[3] in secundo libro registri[4]. Quod cum percussio corporalis imminet et Dei in hoc iudicium ignoratur non debet a nobis addi afflictio[5]*

Cum percussio corporalis[6] imminet utrum pro purgatione an[7] pro[8] uindicta contingat Dei in hoc iudicium ignoratur non debet a nobis addi flagellatis afflictio ne nos culpe quod absit offensa respiciat.
*Reg. 2.11; JE 1161; +C 7 q 1 c 2*

---

[1] lxxxxiiii K
[2] in CKNBZOHQ; *om.* A
[3] *corr. fr.* Cond- H
[4] registri CKNBZOHQ; *om.* A
[5] Quod - affl. CRXSKNBVP; *om.* ZOHA
[6] corporalis CSKNBOHQA; corporis Z
[7] an CRXSNDZBOQA; aut KH
[8] *ss* H

**97**[1]

*Idem Natali episcopo. De conuiuiis ab episcopo uitandis*[2]

Multis ab urbe tua uenientibus, frater karissime, didici pastorali cura derelicta[3] solis te conuiuiis occupatum. Que audita non crederem nisi hec[4] actionum tuarum experimentis approbarem. Nam quia nequaquam lectioni studeas, nequaquam exhortationi[5] inuigiles, sed ipsum quoque[6] usum ecclesiastici ordinis ignores, hoc est in testimonium quod eis sub quibus es positus seruare reuerentiam nescis.

*Reg. 2.20; JE 1173; +D 44 c 5*

[1] lxxxxv K
[2] De - uitandis (uitantis B) CRXSKNBVP; *om.* ZOHA
[3] derelicta CRSK[2]DBVZOHA; delicta KN
[4] hec CRXKBZOHA; hoc ND
[5] stud. neq. exh. *in mg.* Z
[6] *corr. fr.or to* quo N; ip *ad. and canc.* Z

**98**[1]

*Idem ad eundem episcopum*[2]*. De eodem*[3]

Conuiuia que ex intentione impendende caritatis fiunt[4], recte uestra fraternitas in suis epistolis[5] [56vb] laudat. Sed tamen sciendum est quia tunc ex caritate ueraciter prodeunt cum in eis nulla absentium uita[6] mordetur, nullus[7] ex irrisione reprehenditur, et non[8] in eis inanis[9] secularium negociorum fabula[10], sed uerba sacre lectionis audiuntur cum[11] non[12] plus quam necesse est seruitur corpori, sed sola eius infirmitas reficitur ut ad usus exercende[13] uirtutis habeatur. Hec itaque si uos in uestris conuiuiis[14] agitis abstinentium fateor magistri estis.

*Reg. 2.50; JE 1204; +D 44 c 6*

[1] lxxxxvi K
[2] episcopum CKNBOHA; *om.* Z, ad eund. ep. *om.* S
[3] De eodem CSKNBV; *om.* ZOHA
[4] fiunt CRKNBOHA; fuerit ND; fuerint D[2]
[5] *corr. fr.* episcopis B
[6] uita CKNBOHA; uitam Z
[7] nullus CKDBZOHA; nullius N
[8] non CKDBZOHA; tamen N
[9] inanis CRKDBZOHA; *om.* N
[10] fabula CRDZOHA; fabularia K; fallatia N; fabul.. B
[11] *corr. fr.* cur H; et N
[12] *corr. fr.* si D; in *add. and canc.* Z
[13] exercende CRKDBZOHA; excedere N
[14] *corr. fr.* -itiis Z

**99**[1]

*Idem Antonio subdiacono, in tertio*[2] *libro registri. Quod in electione episcopi nec datio interueniat*[3] *nec quarumlibet personarum patrocinia*[4] *conualere debeant*[5]

Illud quidem[6] pre omnibus cure tibi sit ut in hac electione nec[7] datio quibuscumque[8] modis interueniat premiorum nec quarumlibet personarum patrocinia conualescant. Nam si quorundam patrocinio fuerit quisquam electus, uoluntatibus eorum cum fuerit

[1] lxxxxvii K
[2] quarto X (*not* LRS)
[3] interueniat CRXNDB; inconueniat K
[4] patrocinia (pat- *in black ink* C) CLRSWD[2]P; latrocinia XKNDV
[5] Quod - deb. CLRXSWK(latrocinia conu. deb. *in bottom mg.*)NDBVP; *om.* ZOHA
[6] quidem CKNBZOHQ; qui *and lacuna* A
[7] nec LRWKNBVPZOHA; neque C[2]; *om.* CX
[8] quibuscumque CRXSKNBVP; quibusque ZOHA

ordinatus obedire reuerentia exigente compellitur. Sicque fit, ut et res illius minuantur ecclesie et ordo ecclesiasticus non seruetur. Talem ergo te imminente debent personam eligere que[9] nullius incongrue uoluntati deseruiat[10], sed uita et moribus decorata[11] tanto ordine digna[12] ualeat[13] inueniri.
*Reg. 3.22; JE 1226; ID 5.129; C 8 q 2 c 1*

[9] que CRKNBZOHQ; quem A
[10] -iat CKNBZOHQ; -iant A
[11] *corr. fr.* -ati Z
[12] digna C²LRSWK²BVZOHA; *om.* C; digne XKND
[13] ualeat CKNBZOHQ; uale *and lacuna* A

## 100[1]

*Idem ex[2] epistola ad clerum Mediolanensem. Ne quisquam in suscipiendi[3] antistitis causa propria commoda querat[4]*

Dilectissimi filii officii nostri censura commoniti[5] suademus ut in[6] suscipiendi antistitis causa nullus uestrum neglecta utilitate communi suo[7] lucro proficiat, ne si quisquam propria commoda appetit friuola estimatione fallatur, quia nec libero iudicio preferendam sibi personam examinat[8] mens quam cupiditas ligat. Pensantes ergo que cunctis expediunt ei quem uobis gratia diuina pretulerit integerrimam semper in omnibus obedientiam[9] prebete[10]. [57ra] Iudicari namque a uobis ultra non debet semel prelatus, sed tanto nunc subtiliter iudicandus est quanto[11] postmodum iudicandus non est.
*Reg. 3.29; JE 1233; ID 5.130, 6.380A; +C 8 q 2 c 2*

[1] lxxxxviii K
[2] ex RXSKNBVZOHA; in CLW
[3] -endi CRX²SNDB; -endis XK
[4] Ne - querat CRXSKNDBV; *om.* ZOHA
[5] commoniti CRDBZOHA; commoti K; commiti *corr. fr.* conniti N
[6] *ss* C
[7] pro *add.* A, *om.* CKNBZOHQ
[8] an -i- *ss after* exam O
[9] semper in omn. obed. *in mg.* X²
[10] -ete CKNBZOQA; -ere H
[11] *corr. fr.* quando O

## 101[1]

*Gregorius Iohanni episcopo in quinto libro registri. Quod loca dudum monasteris consecrata non sint facienda clericorum uel laicorum habitacula[2]*

Peruenit ad me quod in ecclesia fraternitatis tue aliqua loca dudum monasteriis consecrata nunc habitacula clericorum aut etiam[3] laicorum facta sunt, dumque hii qui sunt in ecclesiis fingunt[4] se[5] religiose uiuere, monasteriis preponi appetunt et per eorum uitam monasteria destruuntur[6]. Nemo etenim potest et[7] ecclesiasticis obsequiis deseruire et in[8] monachica regula ordinate persistere ut ipse districtionem monasterio teneat qui cotidie[9] in obsequio ecclesiastico[10] cogitur[11] permanere. Proinde fraternitas

[1] lxxxxviiii K
[2] Quod - habit. (habitacula *om.* K) CXSKNBV; *om.* ZOHA
[3] clericorum ( *in mg.*) aut etiam (*cramped over erasure*) C
[4] *corr. fr.* fig- H
[5] se CKNBZOHQ; *om.* A
[6] *corr. fr.* -runtur B
[7] et CRKNVZOHA; *om.* B
[8] *ss* L
[9] -ti- *ss* B
[10] obs. eccl. CRKNVPZOHA; eccl. obs. B

tua hoc quolibet in loco factum est emendare festinet. quia ego nullomodo patior loca sancta ut per clericorum ambitum destruantur[12], uos itaque ita[13] agite[14] ut mihi de hac re correctam causam sub celeritate nuntietis.
*Reg. 5.1; JE 1317 from John the Deacon, Vita 2.54; 74T 41; AL 5.55; ID 3.18; C 18 q 2 c 26 to* ambitu destruantur

---

[11] cogitur CKDBZOHA; congrue N
[12] *corr. fr.* -untur H?
[13] ita C[2]LRSKNBZOHA; *om.* CX
[14] *corr. fr.* agita K

## 102[1]

### *Idem Valentino abbati. Quod mulieres nulla occasione permittantur in monasterium ascendere neque monachi[2] sibi commatres facere[3]*

Peruenit ad nos quod in monasterio tuo passim mulieres ascendant et quod est grauius[4] monachos tuos mulieres sibi conmatres facere et ex hoc incautam cum eis communionem habere. Ne ergo hac occasione humani generis inimicus sua eos[5] quod absit calliditate decipiat, ideo[6] huius te precepti serie commonemus ut neque mulieres in monasterio tuo deinceps qualibet occasione permittas ascendere, neque monachos tuos sibi commatres facere. Nam[7] si hoc denuo ad aures nostras quocumque modo peruenerit. sic te seuerissime noueris [57rb] ultioni[8] subdendum ut emendationis tue qualitate ceteri sine dubio corrigantur.
*Reg. 4.40; JE 1312; AL 7.173 (some vv incomplete, Bb complete, but variants differ); +C 18 q 2 c 20*

---

[1] c K
[2] *corr. fr.* -os V
[3] Quod - facere (debeant *add.* KND) CRXSKNDBVP(*before* Idem); *om.* ZOHA
[4] est (*ss* D) grau. CRSNDBVZOQA; grau. est KH
[5] sua eos CSKNBZOQA; eos sua H
[6] ideo CKDBZOHA; omnino N
[7] et *add.* N, *om.* CKDBZOHA
[8] -ioni CLRXS[2]KNV; -ione SBZOHA

## 103[1]

### *Idem Virgilio Arelatensi. Quod neophitus sit deputandus qui adhuc nouus est in sancta conuersatione[2]*

Cum ad[3] sacros ordines Paulus apostolus neophitum uenire prohibeat. sciendum nobis est quia sicut tunc[4] neophitus uocabatur qui adhuc[5] nouiter[6] erat plantatus in fide, ita nunc inter neophitos deputamus eum[7] qui adhuc nouus est in sancta conuersatione. Scimus autem quod edificati[8] parietes non prius tignorum[9] pondus accipiant[10] nisi a nouitatis sue humore siccentur ne si ante pondera quam solidentur accipiant cunctam simul fabricam ad terram deponant[11].
*Reg. 5.5.; JE 1374; ID 5.131 as here; D 48 c 2 is widely var.*

---

[1] ci K
[2] Quod - conu. CRXSKNBVP; *om.* ZOHA
[3] *ss* K
[4] tunc CKNBZOHQ; nunc A
[5] ahuc N
[6] nouiter CKNBZOH; nouit *ss* Q; noui *and lacuna* A
[7] eum CRXSKNBV; *om.* ZOHA*
[8] -ati CKBZOHA; -ati ND
[9] tign- CKDBZOHA; lign- N
[10] *corr. fr.* -iunt H
[11] deponant CRKNVPZOHA; ponant B

## 104[1]

*Idem in ecclesia[2] ad Montanum et Thomam. Quod qui sua mandata a successoribus seruari desiderat[3], decessoris sui statuta custodiat[4]*

Iusticie ac rationis ordo suadet ut qui sua a successoribus desiderat mandata seruari, decessoris sui procul dubio uoluntatem et statuta[5] custodiat.

*Reg. 6.12; JE 1391; +C 25 q 1 c 15*

---

[1] cii K
[2] ecclesia CLRSKNBVPZOHA; epistola XB[2]
[3] -erant S
[4] Quod - custodiat (-ant S) CXSKNBVP; *om.* ZOHA
[5] -uta CSKNBZOQA; -ura H

## 105[1]

*Idem clero et populo Rauenne[2] in sexto libro registri[3]. Quod excommunicandus sit qui contra aliquem in aliquo loco occulte ponit contestationem eius crimen continentem nisi publice exeat et que presumpsit ostendat[4]. Necnon et qui consensum prebuit[5] tante iniquitatis[6]*

Quam maligni spiritus consilio[7] repletus contra Castorium notarium[8] ac responsalem nostrum nocturno silentio in ciuitatis loco contestationem posuit[9] in eius crimen loquentem mihique de facienda pace callide contradicentem[10]. Et quia quisquis ueraciter loquitur semet ipsum innotescere non debet formidare, oportet ut publice exeat, et que[11] in contestatione sua loqui presumpsit ostendat[12]. Qui si non exierit, neque publice confessus fuerit, quisquis ille sit qui hoc agere presumpsit, uel consensum [57va] in tante iniquitatis consilium prebuit ex Dei et Domini nostri Ihesu Christi spiritu[13] definimus ut sancti eius corporis ac[14] sanguinis participatione priuatus sit. Si uero quia latet[15] et quoniam nescitur teneri[16] a disciplina non ualet tanti mali conscius etiam[17] prohibitus corpus ac sanguinem Domini percipere[18] presumit, anathematis ultione percussus. ut fallax ac pestifer a sancte ecclesie corpore sit diuisus. Si quis autem fortasse talis est quem nos huius facti auctorem[19] ac participem esse nescientes ad eum bona optantes epistolas transmittamus, ipsa[20] pro eo apud omnipotentem Deum deprecatio sit uacua. Sin autem in eadem ciuitate egressus[21] ad publicum[22] potuerit docere que dixit, uel certe[23] sciens se non posse que scripsit

---

[1] ciii K
[2] clero - Rau. *om.* S
[3] In - reg. CXSKNBOHA; *om.* Z
[4] -endat CRXSDBV; -endit K; -end' N
[5] in consilium *add.* KNDV, *om.* CRXSBP
[6] Quod - iniquitatis (-ati S) CRXSKNDBV; *om.* ZOHA
[7] *repeated and canc.* Z
[8] *ss* L[2]
[9] posuit CKDBZOHA; *om.* N
[10] contradicen *at end of leaf* A
[11] que CXSKNB; quia V; queque ZOHQ; quecumque A
[12] *corr. fr.* -it O
[13] spiritu CKNBZOHQ; *om.* A
[14] ac CRXSBVZOHA; et KND
[15] quia latet CLRKDBZOHA; qualiter X; *lacuna* N
[16] -r- *ss* N
[17] etiam RXSWKNBVPZOHA; et C(*and lacuna*)L
[18] *om.* K (*in* ND)
[19] auct- CRSKNVPZOHA; act- B
[20] ipsa CNBZOHA; ipsas KD
[21] egressus CKNBZHA; gressus O
[22] -cum *om.* K (*in* ND)
[23] certe CKDBZOHA; iuste N

ostendere. errorem suum fuerit aperte confessus. dominici corporis ac sanguinis participatione non[24] sit priuatus neque a sancte ecclesie corpore alienus existat, quia nos apud omnipotentem Dominum ex nostris cotidie[25] culpis agnoscimus ut quamuis seruato discipline moderamine, aliorum tamen errata parcamus[26].
*Reg. 7.42; JE 1414; ID 6.381; C 5 q 1 c 2 to* corpore alienus existat

[24] non CKNBV; *om.* ZOHA
[25] cot- CKNBZOQA; cort- H
[26] parcamus CRXSBVZOHA; portamus KND

**106**[1]

*Idem in epistola ad Donum*[2]*. Quod captiui redimendi sunt de rebus ecclesie*[3]

Sicut omnimodo[4] graue est frustra ecclesiastica mysteria uenundare, sic iterum culpa est imminente huiusmodi[5] necessitate res maxime desolate ecclesie captiuis suis preponere, et in eorum redemptione cessare.
*Reg. 7.35; JE 1481; ID 3.176; +C 12 q 2 c 16*

[1] ciiii K
[2] Donum LRWBVPZOHA; Domum C; Domnum XKND; in ep. ad Don. *om.* S
[3] Quod - eccl. CRXSKNBVP; *om.* ZOHA
[4] omnimodo CLXSWKND; omnino RBVPZOHA
[5] huiusmodi CRXSDBVZOHA; huius mondi K; huius misterii N

**107**[1]

*Gregorius*[2] *uniuersis episcopis per Galliam, Europam*[3]*, Germaniam constitutis. Quod erga corrigendos plus agat beniuolentia quam seueritas*[4]

Licet plerumque[5] accidant sacerdotibus que sunt reprehendenda[6], plus tamen erga corrigendos agat[7] beniuolentia quam seueritas, plus cohortatio[8] quam commotio[9], plus caritas quam potestas, cum nemo uestrum sine reprehensione aut sine peccato uiuat. Nam si Dominus statim post trinam negationem [57vb] beatum Petrum preceptorem nostrum apostolum iudicasset[10], non tantum[11] ex eo fructum sicut fecit recipisset. Expectandi ergo magis sunt[12] atque corrigendi rectores[13] ecclesie qui[14] statim absque nostro consulto iudicandi, cum maiora negocia et difficiliores causarum exitus sanctorum patrum canones spiritu Dei[15] conditi et totius mundi reuerentia consecrati iubeant sub nostre sententie expectatione suspendere nostro moderamine finiri. Vnde necesse est hec et alia[16] queque negocia ecclesiastica post multarum experimenta causarum sollicitius prospici et diligentius precaueri[17] quatinus per spiritum caritatis et pacis[18] omnis materies scandalorum et presumptio Iudeorum atque oppressio

[1] cv K
[2] *om.* S
[3] et *add.* SB, *om.* CRXKNVPZOA
[4] Quod erga (ergo K) - seu. CRXSKNDBV; *om.* ZOHA
[5] plerumque CRXSD²BVPZOHA; populumque K; plurimum N; plurimumque D
[6] -den- *ss* H
[7] *corr. fr.* agit Z
[8] cohort- CKNBZOQA; cohart- S; cohoct- H
[9] commotio LRXSWKNBVPZOHA; motio C
[10] -asset CRKNBZOHQ; -asse A
[11] tantum CRXDBZOHA; tamen KN
[12] magis sunt CRXKNVPZOHA; sunt magis B
[13] rectores CRXSBV²ZOHA; doctores KND
[14] qui CRXSNBVZOHA; quam KDV²
[15] spiritu Dei CKNBZOH; Spiritus Sancti QA
[16] hec et alia CKDBZO²HA; hoc et alia N; et alia hec O
[17] -eri LRSBVPZOHA; -ere CXKND
[18] et *add.* C, *om.* LRXSWKNBVPZOHA

simplicium[19] fratrum[20] de ecclesiis Domini auferantur. Et sicut non uult quisquam fratrum[21] se aliorum iudicio[22] pregrauari, ita non[23] audeat alii[24] inferre quod[25] sibi non uult fieri.
*Gregory IV; JE+2579; ID 5.368; +D 45 c 4*

[19] simplicium CKNBZOHQ; supplicium *corr. fr.* supplicio A
[20] et *add.* B, *om.* CRKNVPZOHA
[21] fratrum CRNDBZOHA; *om.* K
[22] iudicio CKNBZO²H; iudiciorum O?A; iudio Q?
[23] non CRKNVPZOHA; ut B
[24] *ss* K
[25] quod CRKNBZOHQ; quid A

**108**[1]

*Gregorius Constantino[2] episcopo Mediolani[3] in septimo libro registri[4]. Quod ea que[5] maledicorum hominum rumoribus sunt ficta nullomodo sunt credenda[6]*

In cunctis que in hac uita[7] aduersa[8] proueniunt, sola est sicut nostis omnipotentis Dei districtio pensanda atque ad cor semper proprium recurrendum ut nullius[9] ibi lingua[10] implicet, ubi conscientia non accusat[11]. Quem enim conscientia defendit[12], et liber est inter accusationes[13], et liber[14] sine[15] accusatione esse non potest, si sola que interius[16] addicit conscientia accuset. De uestra igitur sanctitate absit a Christianorum iudicio ea que maledicorum hominum rumoribus conficta credimus in qualicumque modulo suspicionis adduci, quia et sacri eloquii testimonium tenemus, ut mala maiora cum forsitan[17] dicuntur nisi probata credi non debeant, sed citius probata ulcisci. Nam ipse qui omnia creauit et cuncta que [58ra] condidit intuetur Deus, malorum grauium ultione[18] commotus ait, Clamor Sodome et Gomorre ascendit ad me. Descendo ut uideam utrum clamorem quem audiui opere compleuerint, et ulciscar, an non est ita ut sciam. Quo enim descenderet[19] Deus ut que essent facta cognosceret aut quid[20] non is qui ubique est[21] sciret? Sed ut nostre ignorantie exemplum discretionis daret quatinus deberemus mala grauia audita non credere ipse se dixit ad cognoscendum descendere, de quo omnibus liquet, quia et non descendens omnia sciret. Hec igitur[22] dixi ut nimie esse[23] leuitatis ostenderem, si quis mala grauia[24] credere studeat que probari[25] non

[1] cvi K
[2] -antino CRSKNBVZH; -antio OQA
[3] Mediolani CRNDBVZOA; Mediolanensi SH; Meolani K; ??Q
[4] libro registri CRSKNBZOHQ; registri libro A
[5] *ss* B
[6] Quod - credenda (recipienda *after corr.* S) CXSKNDBVP; *om.* ZOHA
[7] *om.* S
[8] aduersa CKNBZOHQ; prouersa A
[9] nullius CRXSKNVP; nullus B; nullius nos ZOHQA
[10] lingua CRKNBZOH; linga Q; linguam A
[11] non acc. *ss* X²
[12] defendit CLRSKNBZOH; descendit X; deficit A (Quem enim – descendit *in mg.* X²)
[13] liber est inter acc. CRXSKNBV; inter acc. liber est ZOHA
[14] uel *add.* ZOHA, *om.* CRXSKNBV
[15] sine CRNDBZOHA; si non K
[16] -ius CRSBVZOHA; -nis X?KND
[17] *after corr.* H
[18] -ione CLXKNBZQA?; -ionem SOH?
[19] -deret CKDBZOHA; -dit N
[20] *corr. fr.* quis O
[21] est CKNBZOH; est non Q; *om.* A
[22] igitur CKNBZOH; *om.* A
[23] *ss* Z
[24] grauia CKDBZOHA; *om.* N
[25] *corr. fr.* -are O

possunt, unde sanctitas uestra[26] debet mentem suam a maledicorum hominum rumoribus atque obtrectatione disiungere, et sola que interne uite sunt atque ad utilitatem subditorum proficiunt cogitare.
*Reg. 7.14; JE 1460; +C 11 q 3 c 52*

[26] sanct. uestra CRKNVPZOHA; uestra sanct. B

**109**[1]

*Idem in epistola ad Athanasium[2]. Quod loca uel ordines non faciant nos proximos Deo[3]*

Non loca uel ordines Creatori nostro nos proximos faciunt, sed ei nos aut merita[4] bona iungunt aut mala disiungunt.
*Reg. 7.29; JE 1475; D 40 c 4*

[1] cvii K
[2] *corr. fr.* Anastasium V
[3] Quod - Deo CRXSKNBVP; *om.* ZOHA
[4] nostra *add. and canc.* O

**110**[1]

*Ex epistola Gregorii pape ad Constantiam reginam Gallie[2]. Quod ecclesiasticarum rerum incendia et[3] depredationes pro emunitate[4] sint emundande[5]*

Cum deuotissimam dominam sciam de celesti uita atque remedio anime sue sedulo cogitare, culpam me committere uehementer existimo. si ea que pro timore omnipotentis Dei sunt suggerenda siluero, et te sanctissimam de ecclesiastica pace sedule non commonuero[6]. Nimis me Iuliani fratris et coepiscopi nostri proclamatio[7] nuper contristauit,[8] maxime cum uille sue uidelicet[9] ecclesie a nequissimis predonibus[10] sint depredate atque nocturnis incendiis more furum [58rb] combuste, et dum idem maligni iuxta nostri predecessoris Bonefacii decreta pro emunitate illud emendare noluerint, dum et seculi leges hec eadem ita habere uoluerint, lege uulgali[11] teste in qua sic scribitur, Si quis manu armata usque ad quatuor homines in uicum alterius ad maleficiendum uenerit, ille qui prior est pro illicita presumptione componat solidos[12] DCCCC[13], sequaces uero eius unusquisque solidos[14] LXXX. Si uero ibi incendium fecerint, sibi noua componant, predam uero in quadruplum restituant. Si seculi leges talem iusticiam habere uoluerint, lex diuina cur inferior esse debebit, cum in ipsius ueritatis[15] presentia a Zacheo collaudatum sit si aliquem defraudaret[16] ut in quadruplum restitueret? Et quia summum in rebus bonum est[17] iusticiam colere, ac

[1] cviii K
[2] Ex – Gallie *after* emundande ZOHA
[3] et CKDBZOA; uel N
[4] emunitate CKNBZOHQ; communitate A
[5] emund- RXKDBZOHQ; emundane L; emend- SN?A; ? C
[6] -n- *ss* O
[7] proclama *and lacuna* A
[8] -s- *ss* C
[9] sue uidelicet CKNBZOHQ; uideb' A
[10] neq. pred. CRKNVPZOHA; pred. neq. B
[11] uulgali CLRXSKNBVP; uulgari S[2]ZOHA
[12] -idos CRXSKNDBZ; -idis H; -id' OA; cc *add. and canc.* Z
[13] DCCCC CNDBZOHA; DCCC K
[14] solidos CLXKNDP; *om.* S; sol' BV; solid' RZOA; solidis HQ
[15] *repeated and canc.* Z
[16] -u- *ss* A
[17] bonum est CSKNBZOA; est bonum H

sua cuique iura seruare, et in subiectos[18] non sinere quod potestatis est fieri, sed quod[19] equum est custodiri[20]. quod uos et diligere et omnino confidimus studere, quapropter excellentie uestre mense Nouembrio presentis anni secunda[21] indictione Petrum fratrem[22] et coepiscopum nostrum[23] a gremio sancte Romane ecclesie transmittemus[24] ut fratribus eiusdem prouincie in unum congregatis, emunitas et presumptio et sacrilegium[25] canonica auctoritate et uestra regia dignitate talem terminum accipiant ne post hac membra dyaboli filii[26] nequam in sancta ecclesia te[27] etiam ibi[28] regnante talia presumant.

*Gregory V; JL 3890; ID 13.36 as BD 11.26, insc. as here; +C 12 q 2 cc 8-9*

---

[18] subiectos C[2]LRXSWKBVZOHA; subiectis C; subditos ND
[19] *ss* Z
[20] *in mg. with* fieri *in text, later canc.* Z
[21] *corr. fr.* sancta H
[22] *ss* Z
[23] nostrum CRXKNBV; *om.* ZOHA
[24] -emus CKDBZHA; -imus NO
[25] -gium CKNBZOHQ; -gum A
[26] filii CKDBZOHA; fili N
[27] te CKDBZO(*with* ecclesiam *add. and canc.*)HA; *om.* N
[28] ibi CRKNVPZOHA; sibi B

## **111**[1]

*Gregorius seruus seruorum[2] Dei[3] Venerio Caralitano. An mulier extraneo[4] uiro nupta cognationi eius pertineat, et si eo defuncto maneat eadem cognatio[5]*

Fraternitas tue sagacitati frater amande[6] quas debeo refero grates quoniam quesisti que debuisti, iocundum me reddidisti[7]. Vnde placide ad inquisita respondeo. Sedem apostolicam consulere decreuisti, si mulier copula [58va] nuptiali extraneo uiro iuncta cognationi[8] eius pertineat, si[9] eo defuncto cognatio maneat eadem[10], uel si sub alio uiro cognationis uocabula dissoluantur[11], uel si[12] suscepte soboles possint legitime ad prioris uiri[13] cognationis[14] transire copulam. Est enim uerbum Domini ualidum et forte, est durabile, est perseuerabile, est immutabile[15], non momentaneum, non transitorium. Ait autem[16] per se ipsa ueritas, quod Deus est uerbum Dei. Celum et terra transibunt, uerba autem mea non transient[17]. Antequam Deus in carne inter homines appareret, eo inspirante dixit Adam, Quamobrem relinquet homo patrem et[18] matrem suam et adherebit uxori sue, et erunt duo in carne una. Cui non contradixit Dominus. Deinde cum ueritas oriretur[19] de terra in terram et inuisibilis in humanitate

---

[1] cviiii K; cxiii D
[2] *in mg.* X[2]
[3] seruus seru. Dei *om.* S
[4] *corr. fr.* -anea K
[5] An - eadem cognatio (eadem cog. *om.* N) CRXSKNDBVP; *om.* ZOHA
[6] *corr. fr.* -det O
[7] reddidisti CKNBZOHQ(*corr. fr.* redi-); reddisti A
[8] *corr. fr.* cognatio S
[9] si CKDBZOHA; sed N
[10] maneat eadem RXSKNBVPZOHA; eadem maneat CLW (si eo - maneat *in mg.* L)
[11] -oluantur CRSXBVZOHA; -oluuntur KN; -oluntur D
[12] sub *add. and canc.* K
[13] *corr. fr.* uiro Z
[14] uocabula dissoluuntur uel - cognationis *add. in upper mg.* K[2]
[15] -ile CKNBOHA; -ule Z
[16] autem CNDBZOHA; enim K
[17] trantransient Z
[18] aut *add.* A, *om.* CKNBZOHQ
[19] oriretur CKNBZOHQ; orietur A

apparuit, interrogatum est si licitum esset homini uxorem relinquere. Quod prohibens fieri uetuit, preter si fornicatio sola[20] excluderet copulam maritalem. Vnde protulit statim in medium eandem ipsam[21] sententiam quam ante secula manens[22] cum patre uerbum inspirauerat[23] in Adam ipse confirmans quod ipse protinus protulit homo, Quamobrem relinquet homo patrem et matrem suam et adherebit uxori sue, et erunt duo[24] in carne una. Si una caro fiunt, quomodo poterit[25] aliquis eorum propinquus pertinere uni si non pertinet[26] alteri? Quod minime fieri posse[27] credendum est. Nam uno defuncto in superstite affinitas non deletur, nec alia copula coniugalis affinitatem prioris copule[28] soluere potest. Sed neque alterius coniunctionis sobolem placet ad ipsius affinitatis prioris siquidem transire consortium pro eo quod uerbum Domini ualidum est et[29] forte, et ut inquiens dixit propheta, Verbum Domini manet in eternum. Et alius propheta, Quoniam ipse dixit et[30] facta sunt, ipse mandauit et creata sunt[31]. Statuit ea in seculum seculi, preceptum[32] posuit [58vb] et non preteribit. Nam potest per uerbum suum atque preceptum efficere duo in carnem unam. et masculum et feminam qui innumeram multitudinem sexus utriusque non destitit secum facere unum, sicut per se[33] ueritas dixit,[34] Non pro his tantum rogo sed pro eis qui credituri sunt per uerbum eorum in me, ut unum sint sicut tu Pater in me et ego in te et ipsi in nobis unum sint. Si quis temerario ausu et sacrilego in defuncto querit[35] propinquitatem, uel sub altero affinitatis uocabulo[36] dissipare uel susceptam sobolem alterius copule credens legitime sociari[37] propinquitatis prioris, hic negat Dei uerbum ualidum esse uel forte. Et qui tam facile uel tam uelociter querit dissoluere hic non credit uerbum Dei[38] manere in eternum. Confice terram ex quattuor locis a se distantibus magna intercapedine et confectam et conglutinatam finge cuiuscumque figure[39] uel immensitatis corpus uolueris.

*JE+1937; AL 10.35; ID 9.38 as here; IP 7.68; C 35 q 10 c 1*

---

[20] si fornicatio (*corr. fr.* -ionis D) sola CKDBPZOHA; fornicationem solam N
[21] eandem ipsam CRKNVPOHQ; eandem SB; ipsam eandem Z; eadem A
[22] *repeated and canc.* Z
[23] -auerat CKDBZOHA; -auit N
[24] duo CKNBZHA; *om.* O
[25] poterit CKNBZO[2]HQ; *om.* OA
[26] -net CXSKND; -neat LRWBVZOHA
[27] fieri posse CRXKNVZOHA; posse fieri SB
[28] copule CKNBOHA; corpule Z
[29] et CRXSKNBVZ[2]; *om.* ZOHA
[30] et CKNBZOHQ; *om.* A
[31] sunt CKNBHQA; *om.* ZO
[32] p. *ss* O
[33] per se sicut *marked for reversal* O
[34] dixit CRXSBZOHA; dicit KND
[35] *corr. fr.* -in O
[36] -ulo CL[2]XSKND; -ula LRWBVZOHA
[37] sociari CSKNBZO[2]H[*]; *om.* OA
[38] Dei CXKNBV; (Dei uerb. S); Domini ZOHA
[39] cuiuscumque figure *in mg.* X[2]

## 112[1]

### *Idem[2] Felici Mesane[3] ciuitatis episcopo.[4] Ne quis fidelium propinquam sanguinis sui usque ad septimum numerum parentele sibi copulet[5] matrimonio[6]*

---

[1] cx K; cxiiii D
[2] Idem CRXSKNBV; Gregorius ZOHQA
[3] -ane CKNBZOHQ; -anie A
[4] Idem - episcopo *as first line of text* OHQA
[5] in *add.* N (*om.* CKDB)

Hec salubriter cauenda[7] sanccimus ne quis fidelium propinquam sanguinis sui usquequo affinitatis liniamenta[8] generis[9] successione cognoscuntur[10] matrimonio sibi[11] desideret copulari[12] sed sicut a maioribus nostris definitum est ita modis omnibus obseruetur, quoniam usque ad septenarium numerum parentele nunquam ulli[13] copulam contrahere licentiam damus. His uidelicet qui ex patre et matre consanquinitatis parentela descendunt. Qui autem et que in quarto[14] gradu coniuncti inuenti fuerint, separentur quoniam scriptum est, Omnis homo ad proximam sui sanguinis non[15] accedat, ut reuelet turpitudinem eius. Et iterum, Anima que fecerit[16] quippiam [59ra] existis[17], peribit de medio populi sui. Sane quibus coniunctio interdicitur[18] illicita habebunt ineundi melioris coniugii libertatem.
*Recte (in pt) C. Toledo II c 5, as BD 7.6; ID 9.42 as BD; AL 10.33 as Greg.I; Pol. 6.4.30 as AL; C 35 q 8 c 2*

## A I. LVI [GREGORIUS IUNIOR]

### 1

*Decretum sanctissimi[19] Gregorii iunioris. De non ducendis Deo deuotis mulieribus[20] et presbitera et dyacona et monacha et commatre spirituali et fratris uxore et nepte et nouerca[21] uel nuru et consobrina et de propria cognatione nata uel quam cognatus habuerit et uidua furata et uirgine furata et de his qui ariolos uel aruspices uel incantatores obseruauerint, uel phylacteriis usi fuerint[22]*

Deo fauente sollicitudine nimia anime[23] quiori mente diuino iuuamine freti pro salute ommnium studere debemus ut inconfuso[24] uultu non de fraude cuiusquam perculsu[25] assistere eterno iudicio mereamur et uocem audire[26] inquientem[27], Euge serue bone et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam. Hinc namque est[28] quod ingemiscens dico, quia populi Christiani aliquos per prouinciam Italicam hanc commorantes audio temere contra catholicam fidem et patrum statuta uenire[29], ita ut Deo sacratas feminas ducere presumant mulieres[30], et proprias in coniugio socient. Quod opportunum est spirituali[31] amputari mucrone, atque si uestre

---

[6] Ne - matr. CRXSKNDBV; *om.* ZOHA
[7] cau- CRKNVZOHA; can- B
[8] *corr. fr.* lan- Z
[9] generis CRKNVZOHA; *om.* B
[10] *corr. to* -antur B
[11] sibi CKNBOHA; *om.* Z
[12] -ri *ss* Z
[13] nunquam ulli CRXKNBV; nunquam illi S; nulli unquam ZOHA
[14] uel in quinto *add.* C²LWVA, uel quinto *add.* RBZOH, *om.* CXSKND
[15] non CKNBZOHQ; *om.* A
[16] fecerit CKNBZOHQ; peccauerit A
[17] *obscurely altered* Z
[18] interdicitur CKNBZOHQ; interciditur A
[19] sanctissimi CRSKNVZOHA; sancti B
[20] Decretum – mulieribus *om.* D
[21] et nep. et nou. CRNBV; et nou. et nep. K
[22] et presbitera - fuerint CLRXSWKNBV; *om.* DZOHA
[23] *lacuna follows* CK; *after corr.* SB; an' W
[24] *corr. from* -usio K
[25] -ulsu LRXSWNB; -ulsi CS²KDZOHA; -ussi V
[26] uoc. aud. CRKNVZOHA; aud. uoc. B
[27] inquientem CR?SKNVOHA; inquietem BZ
[28] est CKNBZOH; *om.* QA
[29] uenire CXSKNBV; *om.* ZOHA
[30] mulieres CKDBZOHA; *om.* N
[31] *corr. fr.* sociali V

placet sanctitati radicitus euelli ne[32] seges[33] boni agricole zizaniorum[34] horrentibus fructectis sordescat. ET INFRA. Si quis presbiteram[35] duxerit in coniugio anathema sit. Et responderunt omnes tercio anathema sit[36]. Si quis dyaconam duxerit in coniugio anathema sit, et responderunt omnes tercio anathema sit[37]. Si quis monacham quam Dei ancillam appellant in coniugio [59rb] duxerit, anathema sit. Et responderunt omnes tercio, anathema sit[38]. Si quis commatrem spiritualem in coniugio duxerit. anathema sit. Et resp[39]. Si quis fratris uxorem in coniugio duxerit, anathema sit. Et resp[40]. Si quis neptem[41] suam in coniugio duxerit[42], anathema sit. Et resp[43]. Si quis nouercam uel[44] nurum[45] suam in coniugio duxerit[46], anathema sit. Et resp[47]. Si quis consobrinam duxerit uxorem. anathema sit[48]. Et resp[49]. Si quis de propria cognatione uel[50] quam cognatus habuit duxerit uxorem, anathema sit[51]. Et resp[52]. Si quis uiduam furatus fuerit in uxorem uel consentiens ei[53], anathema sit[54]. Et resp[55]. Si quis uirginem nisi desponsauerit[56] furatus fuerit in uxorem uel consentiens ei, anathema sit. Et resp[57]. Si quis ariolos[58], aruspices uel incantatores obseruauerit aut phylacteriis[59] usus fuerit, anathema sit. Et responderunt[60] omnes tercio anathema sit.[61]

*C. Rome 721; H 754 a-b, Proem and cc 1-12, M 1140-1; ID 1.139, 8.149-50 (as BD 9.11-12), 9.19, 9.58-60 (as BD 7.22-24), 11.1; IP 6.129, 6.54, 7.57*

---

[32] ne CKNBZOHQ; nec A
[33] seges CKDBZOHA; segetes N
[34] mixta (*corr. from* mita A) *add.* ZOHQA, *om.* CXSKNBV
[35] -eram CNDBZOHA; -eriam K
[36] Et resp. – an. sit *in mg.* H
[37] Si quis diaconam – an. sit *in bottom mg.* R[2]
[38] Et responderunt omnes tercio, anathema sit RXSZOH; Et resp. CKV; Et r. a. s. N; Et r. D; Et resp. ut supra B; *om.* QA
[39] anathema sit *add.* X, a. s. *add.* N, omnes tercio anathema sit *add.* ZOHA, ,*om.* CRSKDBV
[40] anathema sit *add.* X, omnes tercio anathema sit *add.* ZOHA, *om.* CLRSKNBV
[41] neptem CKNBZOHQ; eptem A
[42] in con. dux. CKBZOA; d. N; dux. in con. HQ
[43] anathema sit *add.* X, omnes tercio anathema sit *add.* ZOHA, *om.* CLRSKNBV
[44] uel CRXSKNBV; aut ZOHA. neptem vel *ss* V[2]
[45] *corr. fr.* nutrum O
[46] in con. dux. CSKDBZOQA; d. N; dux. in con. H
[47] anathema sit *add.* X, omnes tercio anathema sit *add.* ZOHA, *om.* CLRSKNBV
[48] sit CKBZOH; s. N; *om.* A
[49] Si quis consobrinam – Et rep. *in mg.* X; omnes tercio anathema sit *add.* ZOHA, *om.* CLRXSKNBV
[50] *ss* C; *in mg.* Z
[51] sit CKBZOH; s. N; *om.* A
[52] anathema sit *add.* X, omnes tercio anathema sit *add.* ZOHA, *om.* CLSKNBVP
[53] vel cons. ei *in mg.* L[2]S
[54] sit CKNBZOH; *om.* A
[55] anathema sit *add.* X, omnes tercio (tercio omnes O) anathema sit *add.* ZOHA, *om.* CLRSKNBVP
[56] desponsauerit CKNBZOH; desponsarit Q; desponsa habuit A
[57] anathema sit *add.* X, omnes tercio anathema sit *add.* ZOHA, *om.* CLRSKNBVP. Si quis uirg. – resp. *in mg.* V
[58] uel *add.* N, *om.* CKDBZOHA
[59] -c- *ss* O
[60] respondens O
[61] Explicit *add.* XS

## A 1. LVII [GREGORIUS SECUNDUS]

[1]i. Quod qui aduersando misso pape eius laborem prepedierit excommunicetur

ii. De presbiteris ab incognitis[2] ordinatis

---

[1] *capitulatio om.* ZOHQA; *in* CLRXSWKNDBVP
[2] -co- *ss* C

| | |
|---|---|
| iii. | De baptizatis a paganis |
| iiii. | De his qui patrem[3], matrem, fratrem aut sororem occiderint |
| v. | Vt quotiens episcopus consecratur[4], cum consecratore[5] conueniant duo uel tres episcopi |
| vi. | Ne confirmatus iterum confirmetur |
| vii. | Quod non sit suscipiendus in ordinem sacerdotis qui a non catholicis eligitur |
| viii. | Vt omnis ordo ecclesiasticus suis nitatur rectoribus |

---

[3] uel *add.* N, *om.* CRKDBV
[4] *corr. fr.* -etur B
[5] consecratore CRNDBV; insecratore K

**1**[1]

*Gregorius secundus uniuersis. Quod qui aduersando misso pape eius laborem prepedierit excommunicetur*[2]

Si quis uero[3] quod non[4] optamus aduersando Bonefacio[5] misso nostro prepedire conatus fuerit laborem, aut contrarius extiterit ministerio sibi[6] credito, successorumque eius eundem laborem intrantium ex sententia diuina anathematis uinculo percellatur, ac[7] perpetue dampnationi subiaceat.

*Gregory II; JE 2160; M1149d; Mon. Mog. 18; CB Bonif. 2; ID 6.116*

---

[1] *No cap. nos. throughout this section* K
[2] Quod - exc. CRXSKNBVP; *om.* ZJOHQA
[3] quod uero *repeated and canc.* Z
[4] *ss* J
[5] Bonefacio CRXSKNBVO²H*; bone facio P; Bonefitio JO; beneficio ZQA
[6] ministerio sibi CKNBZJOHQ; sibi ministerio A
[7] ac CKDBZOHA; nunc N

**2**

*Idem*[1] *Bonefacio presbitero. De presbiteris ab incognitis ordinatis*[2] [59va]

Presbiteros[3] quos ibidem repperisti[4] si incogniti fuerint uiri illi a quibus sunt[5] ordinati, et dubium est eos episcopos fuisse annon qui eos ordinauerunt. Si bone actionis et catholici uiri sunt presbiteri ipsi et in ministerio Christi omnique lege sancta[6] edocti a patre uel episcopo suo benedictionem presbiteratus suscipiant et consecrentur et sic[7] ministerio sacro fungantur.

[8] *ss* R[2]
[9] suis et fautoribus CRX(fauct- X)SKNBVP: et fautoribus suis ZOHA
[10] -ri *ss* Z
[11] -atis CLWBVPZOHA; -ate RXSKND
[12] hii CRXSKNDBPH; ii ZOQ[2]A; iis Q
[13] *ss* O
[14] ipsa eorum CKNBZH; eorum ipsa A
[15] delinquunt auctoritate nostra per - ignorantia CKNBZHA; *om.* O(*with* delinquunt ss)Q
[16] uera CKDBZOHA; iusta N
[17] ex non CKNDBZOHQ; non ex K[2]; non ex ex A

sed nolunt recta nosse. Vnde psalmista de huiusmodi. Noluit, inquit, intelligere ut bene ageret[18]. Illos autem qui studio suo obligantur et contemptu[19] interdicta nostra postponunt, non nisi digna satisfactione preueniente uolumus a te prorsus absolui.
*Ep. Nich. no. 41; JE 2800; ID 14.46; IP 5.106; C 11 q 3 c 102*

[18] *corr. fr.* agere O
[19] -p- *ss* K

## 35[1]

*Nicholaus archiepiscopis et episcopis[2] per Galliam, Italiam, Germaniam atque per[3] uniuersas prouincias constitutis. De duobus episcopis culpam Lotharii regis tutantibus[4]*

Scelus quod Lotharius rex, si tamen rex ueraciter dici possit qui nullo[5] salubri regimine corporis appetitus refrenat, sed lubrica eneruatione magis illicitis eius motibus cedit, in duabus feminis, Theuberga[6] scilicet et[7] Gualdrada[8] commisit, omnibus manifestum est. Sed et dudum episcopos Theugaldum[9] et Guntharium in tali facto eum habuisse tutores atque fautores[10] pene totus orbis nobis undique ad limina seu[11] sedem confluens apostolicam referebat.
*Ep. Nich. 284 no. 18; JE 2748; ID 8.226a; +C 2 q 1 c 21a*

[1] xxxiiii K
[2] arch. et (*ss* C, *om.* XS) ep. CLRXSWKNBV; ep. et arch. ZOHA
[3] per CKNBZOHQ; *om.* A
[4] De duobus (dubusR)- tutantibus CRXSKNBVP; *om.* ZOHA
[5] nullo CRKNVP²ZOHA; in illo BP?
[6] Theuberga CSRN; Teuberga LWBVH; Theberga XD; Theuberna K; Teoberga ZOQA
[7] sc. et CRKDBZOHQ; sc. N; scribet et A
[8] Gua- CLXSKN; Wa- RBVZOHA
[9] *corr. from* Eugaldum A
[10] fautores CSKNBZ; factores OHQ; fauctores A
[11] seu CLRXNDBZOHA; atque S; sanctam K

## 36[1]

*De eodem[2]*

Igitur[3] decernente nobiscum sancta synodo in presentia depositi et ab officio [68ra] sacerdotali excommunicati atque a[4] regimine episcopatus alienati indubitanter existunt.
*Ep. Nich. 284 no. 18; JE 2748; ID 8.226b; +C 2 q 1 c 21b*

[1] xxxv K
[2] De eodem CRXSKNBVP; Item ZOHA
[3] Igitur CSKNBZOHQ; *om.* A
[4] *ss* C

## 37[1]

*Depositio Teugaldi[2] Treuerensis et Guntharii Agrippine Colonie archiepiscoporum[3]*

Teugaldum[4] Treuerensem et primatem Belgice prouincie et Guntharium Agrippine[5] Colonie archiepiscopos nunc coram nobis et sancta synodo subgestorum insinuatione qualiter causam Lotharii regis et duarum mulierum eius[6] Theuberge[7] scilicet[8] et

[1] xxxvi K
[2] Teug- LWNBVPZOHA; Theug- CRX; Meng- S; Leug- KD
[3] Depositio (Deposito K) - archiepiscoporum CRSKNBVP; Item (*om.* A) (Depositio - archiepiscoporum *in mg.*) ZOQA; Item Depositio H
[4] Teug- RXWDBVZOHA; Theug- CN; Theug- S; Leug- LK
[5] -in- *ss* H
[6] eius CKNBPZOHA; *om.* S

Gualdrade[9] recognouerint et iudicauerint[10] scriptum super hoc propriis manibus roboratum offerentes, nichilque se plus uel minus aut aliter egisse ore proprio[11] multis coram positis affirmantes et sententiam quam a sede apostolica Ingiltrudam[12] uxorem Bosonis sanctissimus frater noster Mediolanensis archiepiscopus Thado[13] et ceteri coepiscopi nostri petiuerant emittendam et nos diuino succensi zelo sub anathematis obtestatione canonice[14] protuleramus publice uiua uoce se uiolasse confitentes, in quibus omnibus inuenimus eos apostolicas atque canonicas sanctiones in pluribus excessisse et equitatis normam nequiter temerasse omni iudicamus[15] sacerdocii officio manere penitus alienos Sancti Spiritus[16] iudicio et beati Petri per nos auctoritate episcopatus exutos regimine consistere diffinientes.
*Ep. Nich. 285 no. 18; JE 2750; ID 8.226c and ends; +C 11 q 3 c 10a (cf c 39 below)*

---

[7] Theub- CRSKN; Teub- LWBVPZOHA; Teb- X
[8] *ss* O
[9] Gua- CLRXSKN; Wa- BVPZOHA
[10] -erint ... -erint CKDBZOHA; -erunt ... -erunt N
[11] ore prop. CNDBZOHA; prop. ore K
[12] Ingel- CRXSKNBV; Ingil- ZOHA
[13] Thado CKNBZOHQ; Thaldo A
[14] -c- *ss* O
[15] *om. with mark of omission, ? supplied in mg.* B
[16] Sa. Sp. CRXSKNBVP; Sp. Sa. ZOHA

**38**[1]

*Quod qui decreta a*[2] *sedis apostolice presule promulgata contempserit anathema sit*[3]

Si quis dogmata, mandata[4], interdicta, sanctiones, uel decreta pro catholica fide. pro ecclesiastica disciplina, pro correctione[5] fidelium, pro emendatione sceleratorum uel interdictione imminentium uel futurorum malorum a[6] sedis apostolice presule salubriter promulgata contempserit, anathema sit.
*Ep. Nich. 286 no. 18; JE 2750; Dd 1.150; CB Varia II 31 (as* Concil' *of Leo IV, with Dd); AL 4.26, 12.3; ID 5.19A as here, 5.35 (Conc. Leo IV); C 25 q 2 c 18*

---

[1] xxxvii K
[2] a CNDBV; *om.* K
[3] Quod - sit CRXSKNDBVP; Item ZOHA
[4] mandata CNDBZOHA; *om.* K
[5] correctione CRKNBZHQA; correptione O
[6] a CNDBZOHA; *om.* K

**39**[1]

*De lic*[68rb]*entia ingrediendi ecclesiam depositis episcopis concessa*[2]

Predictis autem depositis licentiam concessimus ecclesiam ingrediendi et communicandi sicut laici, et loquendi suas utilitates, non autem turbas concitandi uel scandalum sollicitandi illis tribuimus facultatem, Quantum autem ad episcopale ministerium specialiter pertinet, nulla eis[3] sit licentia contingendi[4], sicut nos cum sancta synodo decreuisse[5] iam constat.
*Ep. Nich. no. 24b; JE 2766;+C 11 q 3 c 10b (cf c 37 above)*

---

[1] xxxviii K
[2] De - licentia - concessa C(*in mg. in black)*RXSNDBVP; de - ecclesiam (*with* depositis - concessa *as end of inscr. to c 40*) K; *om.* ZHQ; Item OA
[3] eis CKNBZOHQ; ei A
[4] -n- *ss* K
[5] -r- *ss* H

**40**[1]

*Idem Lothario regi. De magnitudine sui peccati*[2]

Ita corporis tui cedere motibus[3] consensisti[4] et relaxatis uoluptatum habenis temetipsum[5] in lacum miserie et in lutum[6] fecis prohibitu[7] deiecisti, ut qui positus fueras ad gubernationem[8] populorum effectus sis ruina multorum[9]. Probat hoc Teugaldi[10] et Guntharii dudum episcoporum legitimus[11] casus[12], qui pro eo quod te minime competenter erudierunt, quin immo quia preuaricationem tuam tegere argumentis suis et sub quadam iusticie specie fucatis[13] quibusdam exquisitis adinuentionibus equitatem obruere studuerunt, nostra sunt apostolica auctoritate depositi et ab omni episcopatus regimine regulariter sequestrati.

*Ep. Nich. no. 22a; JE 2752; ID 8.227a; +C 11 q 3 c 96 as here*

[1] xxxix K
[2] De - peccati CRXSKNBVP (K *adds* depositis episcopis concessa *from c 39*); *om.* ZOHA
[3] cedere motibus CRXSKNBV; cedere montibus P; motibus cedere ZOHA
[4] -sen- *in mg.* O
[5] -t- *ss* N
[6] lutum CKNBZHQ; lutu OA
[7] prohibitu CLWKNBVZOHA; prohibitum S; pro libitu Z[2] *with ID*; prohibitus Q
[8] -ionem CKNBZHQA; -io O
[9] *corr. from* -arum A
[10] -galdi CNBZOHA; -baldi K
[11] -ti- *ss* H
[12] leg. casus *in mg.* C
[13] *corr. fr.* fugatis KD; *after corr.* Z

**41**[1]

*De eodem*[2]

An non districta ultione feriendus es qui in duabus uxoribus[3] adulterium Lamech et flagitium imitatus[4] esse[5] dinosceris? Quod Dominus non nisi post lxxvii generationes suo salutifero aduentu deleuit, cum Cain fratricidium septima generatione aquis abolitum[6] sit cataclysmi.

*Ep. Nich. no. 22b; JE 2752; ID 8.227b (to end); +C 24 q 3 c 19*

[1] l K
[2] De eodem CRXSNDBV; De magnitudine sui peccati (*from c 40*) K; Item ZOHA
[3] *ss* O; *in mg.* H
[4] *corr. fr.* imit- B
[5] esse CNDBZOHA; est K
[6] abolitum CSWNHA; obolitum KDBVPZO; oblitum L; oboletum RX

**42**[1]

*Nicolaus omnibus*[2] *archiepiscopis et*[3] *episcopis per Galliam, Burgundiam atque Germaniam constitutis. Quod si episcopi unanimes fuerint, nemo eis resistere poterit*[4]

Si unanimes fueritis, quis est qui uobis resistat[5]? Patres nostri etiam regibus restiterunt.

*Ep. Nich. no. 24a; JE 2766 (Trip. earliest reported source)*

[1] li K
[2] omnibus CRKNVZOHA; *om.* B
[3] et CRKNVZOHA; *om.* B
[4] Quod - poterit (ualeat CRX) CRXSKNDBVP; De eodem *add.* K *from c 41*; *om.* ZOHA
[5] -si- *ss* H

**43**[1]

[1] lii K

Martin Brett 29/4/2015 06:11
Deleted: 4/28/15

*Idem*[2] *Osbaldo corepiscopo*[3] *Quadrantano. De quodam presbitero cuius percussione diaconus extinctus dicebatur*[4] [68va]

Studeat sanctitas tua persuadere episcopo tuo sibi canonicum sociare numerum[5] collegarum[6], id est sex ex uicinis prouinciis fratres et coepiscopos suos[7] quibus tecum iunctis et decernentibus diligenter inuestigare et omni annisu scrutari procurate, quatinus inuenire ualeatis utrum percussione[8] iam nominati presbiteri an ceruicis fractione[9] idem diaconus ut fertur extinctus est. Et[10] siquidem a sepefato[11] presbitero non ad mortem percussus est. sed ex equo[12] cadens ceruice fracto[13] interiit, secundum arbitrium nostrum[14] pro percussione incaute agenti presbitero penitentiam competentem[15] indicite, et aliquanto tempore a missarum sollempniis suspendatur, denuo ad sacerdotale post hec[16] rediturus officium. Quod si ueraciter qualicumque percussione presbiteri ille mortuus est diaconus. nulla hunc ratione ministrare sacerdotis more decernimus, quoniam et si uoluntatem occidendi non habuit furor[17] tamen et indignatio ex quibus motio illa mortifera prodiit in omnibus sed precipue in Dei ministris multipliciter inhibentur atque ubique dampnantur. Verum si presbiter adeo uestro studio noxius forte claruerit[18] precipimus[19] ut tale beneficium sibi ecclesie sue[20] concedatur, quo et ipse et sui sufficiens possint habere sue sustentationis[21] solacium[22].

*Ep. Nich. no. 142(1); JE 2854; ID 10.24; +D 50 c 39*

---

[2] Idem CRXSKNBV; Nicolaus ZOHA
[3] corep- CLSWND$^2$BV$^2$ZOH; coep- KQA; ep- DV
[4] De - dicebantur (est N) CRXSKNDBV; *om.* ZOHA
[5] *ss* K
[6] *corr. fr.* -egare O
[7] suos CRXSKNBVP; tuos ZOHA
[8] per cuius sione N
[9] -ione CKDBZOHA; -ionem N
[10] Et CKDBZOHA; At N
[11] *corr. fr.* -facto O
[12] ex equo CRXSKNZHQ$^2$A; ex quo BOQ; equo VO$^2$
[13] fracto RKNB$^2$; fracta LXSWDBVZOHA; C *obsc. corr.*
[14] nostrum CLXSKND; uestrum RWBVZOHA
[15] -entem CKNBZOHQ; -ente A
[16] *corr. from* ec A
[17] furor CKNBZOHQ; soror A
[18] -uerit CNDBZOHA; -uit K
[19] -pi- *ss* H
[20] *ss* R$^2$
[21] sollicitum *add. and canc.* O
[22] sust. sol. *partly in mg. over erasure* Z

## 44[1]

*De clericis qui se defendendo paganum occiderint*[2]

De his[3] uero clericis pro quibus consuluisti, scilicet qui se defendendo[4] paganum occiderint[5], si postea per penitentiam emundati possint ad pristinum gradum[6] redire. aut ad[7] altiorem ascendere[8], scito nos nullam occasionem dare nec ullam tribuere

---

[1] liii K
[2] -erint CRB; -erit LW; -erunt XSKDV; -unt N. De - occ. CLRXSWKNDBVP; *om. with no break* ZOHA
[3] his CSKNDBPHQA; iis ZO
[4] defendendo CSKNBPZOH$^2$Q; deferendo HA
[5] -erint CKNBPZOQA; -erunt SH
[6] *ss* R$^2$
[7] ad CRXSBPZOHA; *om.* KNDV
[8] ascendere CRXSKNDBVP; gradum conscendere ZOHA

licentiam eis quemlibet[9] hominum quolibet modo occidendi[10]. Non igitur licentiam damus militibus Christi aliter se defendere quam ipse in se[11] monstrauit Christus, illis dumtaxat qui clericatus funguntur officio [68vb], quique familiarius in castris militant eius nec occidendi prorsus eis[12] tribuimus facultatem. Verum si contigerit et clericus sacerdotalis ordinis saltem paganum occiderit[13], multum sibi consulit si ab officio sacerdotali recesserit, satiusque est illi in hac uita Domino sub[14] inferiori habitu inreprehensibiliter famulari, quam alta indebite appetendo dampnabiliter in profundum dimergi[15].

*Ep. Nich. no. 142(2); JE 2854; D 50 c 6*

---

[9] queml- CSKBVZOHA; quel- ND
[10] ITEM *add.* ZOHA, *om.* CXSKNBVP
[11] ipse in se RXSKNBVPZOHA; in se ipse CLW
[12] eis CKNVPZOHA; *om.* B
[13] *after corr.* B
[14] sub CSKNBZOA; sibi Q; suo H
[15] dim- CSKNBZOH; dem- QA

**45**[1]

*Idem Adoni Viennensi archiepiscopo.De quodam[2] subdiacono qui uxorem duxerit[3]*

De illo clerico Aluico nomine quem per ordines ecclesiasticos usque ad subdiaconatum uixisse dicitis cur uestra auctoritate uxorem duxerit miramur, eo[4] quod nulli unquam[5] exceptis illis quos[6] ecclesiastica regula habere[7] permittit uxorem ducendi licentiam dedimus.

*Ep. Nich. no. 25; JE 2755; ID 6.119 (*Stephanus*); D 32 c 4*

---

[1] liiii K
[2] quodam CLXKNB; *om.* S
[3] De - uxorem duxerat (dux. ux. K) CRXSKNDBV; *om.* ZOHA
[4] *corr. fr.* et R
[5] unquam CNDBZOHA; quam K
[6] quos CSKNBVZH*; quod OQA
[7] *ss* O

**46**[1]

*Nicholaus Guaniloni[2] archiepiscopo Sennensi et uniuerso concilio a te congregato. Quod nemo apostolicam sedem adire uolentem impedire presumat[3]*

Reuera iustus mediator non est qui cum[4] uno litigante et altero absente amborum emergentes lites decernere non formidat. His ita premissis uolumus et apostolica auctoritate monemus ut si presbiter de quo agitur post excommunicationem suam apostolicam sedem adire uoluerit, nullus iter eius[5] impedire presumat.

*Ep. Nich. no. 119; JE 2780; +C 3 q 9 c 12*

---

[1] lv K
[2] Guaniloni RXSKN; Gualoni CW; Guaoloni L; Gualiloni D; Waniloni BVZ[2]OHQA; Waloni Z
[3] Quod - presumat CRXSKNBV; *om.* ZOHA
[4] cum C?RXKND; *om.* SBVZOHA
[5] iter eius CRXSKDBV; inter eius N; eius iter ZOHA

**47**[1]

*Idem Vnifredo[2] Morinensis ecclesie episcopo qui consulerat an ipse a Normannis ab episcopio[3] depulsus debeat[4] de cetero in monasterio conuersari[5]*

---

[1] *no cap. no.* KD
[2] Idem Vnifredo CRSKNDV; Idem Winifredo X; Idem Vnifrendo B; Nicolaus Vmfredo (Vnfredo HQA) ZOHQA
[3] *corr. fr.* -opo D

Sciscitaris[6] itaque per Guandalgarium[7] presbiterum utrum cum a Normannis episcopio depelleris debeas de cetero in monasterio conuersari. In quo scias frater karissime quia si perniciosum est proretam in tranquillitate nauim deserere[8], quantomagis in fluctibus[9]. Vbi non [69ra] dicimus quod persecutorum non fugiamus, maximeque paganorum insidias, cum ad tempus[10] seuiunt, et ob multitudinem delictorum[11] nostrorum[12] nocendi[13] facultatem diuinitus assequuntur, presertim cum eis prodire ultro non debeamus et multos prophetas[14] et apostolos et ipsum quoque Dominum huiusmodi[15] fugisse insecutores luce clarius constet, sed[16] quod precipue nos qui tanquam arietes ducatum gregibus prebemus, immo qui et horum pastores sumus Deo auctore cum eis in periculis pro uiribus[17] persistere pro certo conueniat, et cum tranquillitas reddita diuina fuerit pietate, sopitaque furentium infestatio mox gregem requirere in unum colligere et huius animos celestis patrie pace ac potissimum securitate predicata sursum erigere debeamus et tamdiu super eorum cautela oportet nos esse sollicitos ut si Dei iudicio presentis temporis commoda fortassis amittunt future uite sperent se gaudia[18] absque ambiguitate percipere sempiterna.
*Ep. Nich. no. 104(1); JE 2688; +C 7 q 1 c 47*

---

[4] debeat CLR[2]XSWBV; debet R; *om.* KND
[5] qui consulerat - conu. CLRXSWKNDBV; *om.* ZOHA
[6] Scicit- A
[7] Guan- CXRSKN; Gan- L; Wan- BVZOA; Van- H; Wa- Q
[8] des- CSKNBVZOA; diss- HQ
[9] eius *add. and canc.* O
[10] -d *add. ss* H
[11] delictorum CSKNBZQ[2]O; dilectorum HQA
[12] nostrorum CSKNBOHA?; uestrorum Z
[13] nocendi CSKNBZO; noscendi HQA
[14] *ss* O
[15] -modi CRDBZOHA; mundi KN
[16] sed CKNBZOHQ; si A
[17] uiribus CKNBZOHQ; uilibus A
[18] se gaudia CRXSKNBV; gaudia se ZOHA

## 48[1]

*Quod clericum qui paganum occiderit non oporteat ad maiorem gradum prouehi*[2]

Clericum autem[3] qui paganum occiderit non oportet ad gradum maiorem[4] prouehi qui carere debet etiam[5] acquisito, homicida enim est[6]. Nam cum discreti sint milites seculi a militibus ecclesie non conuenit militem ecclesie seculo militare[7], per quod ad effusionem sanguinis[8] necesse sit peruenire. Denique sicut turpe ac perniciosum est laicum missas facere, sacramenta corporis et sanguinis Christi conficere ita ridiculum est et inconueniens clericum arma sustollere,[9] et ad bella procedere, cum Paulus egregius dicat, Nemo militans Deo implicat se negociis secularibus, ac si liquido uersa uice dicat, Nemo militans[10] mundo implicat [69rb] se negociis spiritualibus[11].
*Ep. Nich. no. 104(2); JE 2688; ID 6.120 (*Nich. Wilfredo*); D 50 c 5 to* sit peruenire

---

[1] lvi K
[2] Quod - prouehi CRXSKNBV; Item ZOHA
[3] autem LRXSK[2]NDBVZOHA; *om.* CWK
[4] grad. mai. CRKBVNZOA; mai. grad. SHQ (ad grad. mai. non op. B)
[5] deb. et. CSKNBZ(et *ss*)O(*followed by lacuna)*A; et. deb. HQ
[6] enim est CRXSKNBV; est enim ZOHA
[7] sec. mil. CRKNVZOHA; mil. sec. B
[8] sanguinis CNDBZOHA; *om.* K
[9] -tollere CNDBZOHA; -tolle K
[10] d *add. and canc.* H
[11] -u- *ss* O

**49**[1]

*Idem[2] Guaniloni[3] Sennensi[4] archiepiscopo. Quod si[5] in accusatione accusati persona[6] deest uni parti ad alterius discrimen cedendum non est[7]*

Iudicas[8] Herimannum[9] episcopum super[10] quibusdam[11] excessibus fuisse frequenter accusatum pro quibus quia ex parte ipsius persona deest nos uni parti ad alterius discrimen cedere procul dubio non possumus, quamuis nec qui usque adhuc illi fuerint[12] excessus dixeris, nec utrum sana erat mente idem antistes, necne cum[13] ipsos[14] excessus perpetrabat euidenter ostenderis, satiusque arbitremur quamlibet interim[15] infirmitatem ad penam peccati quam ad ipsum pertinere peccatum, cui magis consulendum et compatiendum[16] sit quam puniendum uel etiam aliquo modo feriendum.

*Ep. Nich. 612 no. 103; JE 2674; C 3 q 9 c 14*

[1] lvii K
[2] Idem CRXSKNBV; Nicolaus ZOHA
[3] Guaniloni RXSKNDZ²; Gualoni CLWZ; Waniloni BVOHQA
[4] Sennensi CLRXS²KNBV; Sann- S; Senonensi ZOHA
[5] si CKDB; *om.* N
[6] si *add.* N, *om.* CKBD
[7] Quod - est CRXSKNDBV; *om.* ZOHA
[8] Iudicas *CR²XKNBV²ZOHQA; Iudicans L; Iudicis R; Tu dicis S; Tu dicas V
[9] Herim- CKNBZ²OH²A; Herm- SZ; Herem- D; Erim- H; Eherim- Q
[10] super CNDBZOHA; frater K
[11] -dam *ss* Z
[12] -int RXSWKNBVZOHA; -unt C; -it L
[13] cum CLRSKNBZOHA; eum X
[14] ipsos CRXSBVZOHA; *om.* KND
[15] -erim CSKNBZOQA; -erius H
[16] compatiendum CKNBZOHQ; patiendum A

**50**[1]

*Nicholaus Radulfo Bituricensi[2] archiepiscopo. Quod primates nichil priuilegii pre ceteris episcopis nisi quantum sacri canones concedunt[3] habeant[4]*

Primates nichil priuilegii pre ceteris episcopis nisi quantum sacri canones[5] concedunt et prisca[6] consuetudo illis antiquitus contulit diffinimus, ita ut secundum Nicenas regulas[7] sua priuilegia seruentur ecclesiis, preter si apostolica sedes aliquam ecclesiam uel rectorem ipsius quolibet speciali priuilegio decreuit honorare.

*Ep. Nich. 634 no. 117; JE 2765; ID 5.56b; IP 4.29b; C 9 q 3 c 8b, of which part is a later addn (cf c 74 below)*

[1] lviii K
[2] -uricensi CKNBZHQA; -uriensi O
[3] -unt CRKDB; -ant N
[4] Quod - habeant CRXSKNBV; *om.* ZOHA
[5] canonones A
[6] *an erased letter follows* O
[7] regulas CSKNBZOQA; regula H

**51**[1]

*Vtrum presbiteris et diaconibus cum ordinantur manus chrismate perungi debeant[2]*

Preterea sciscitaris utrum solis presbiteris an et diaconibus debeant cum[3] ordinantur manus chrismatis[4] liquore perungi. Quod in sancta hac[5] Romana ecclesia[6] cui auctore

[1] lix K
[2] Vtrum - debeant CRXSKNBVP; *om. with no break* ZOHA
[3] et *add.* O(*later canc.*)A, *om.* CKNBVZH
[4] -atis CLR²S²WBVZOHA; -ate RXSKND
[5] sancta hac CRXSKNZOHQ; sancta ac BA; hac sancta V

Deo[7] deseruimus[8] neutris agitur. Sed et quia sit a noue legis ministris actum nusquam nisi nos[9] fallat obliuio legimus. Ergo ad beati Innocentii pape canonica decreta sanctitatem tuam transmittimus et que[10] tibi[11] sint in consecrationibus et ordinibus [69va] obseruanda principia pagine ad Decentium Egubinum episcopum misse te affatim edocebunt.

*Ep. Nich. 634-5 no. 117; JE 2765; ID 6.121; +D 23 c 12*

---

[6] ecclesia CXSKNBV; exclesia R; *om.* ZOHA
[7] auct. Deo CRXSKNBVP; Deo auct. (act- A) ZOHA
[8] deseruimus CRXSKDBV; seruimus N; deseruimus ecclesia ZOHA*
[9] nisi nos CNDBZOHA; nos nisi K
[10] que et *marked for reversal* Z
[11] tibi CRKNVPZOHA; ibi B

**52**[1]

*De his qui pro criminibus penitentiam gerunt et ad militiam reuertuntur*[2]

De his[3] uero qui pro criminibus penitentiam[4] gerunt et ad cingulum militie reuertuntur constat eos contra sacras[5] regulas[6] agere. Verum quia crimina non equalia sunt, perhibesque alios horum propter nimiam hebitudinem in desperationem cecidisse, alios ob hoc ad paganos fugisse, tibi hoc committimus decernendum. nimirum qui loca et tempus regionis illius modumque culpe necnon et penitentiam et gemitus hominum ad confessionem uenientium presens positus inspicere[7] uales.

*Ep. Nich. 635 no. 117; JE 2765; +C 26 q 7 c 3*

---

[1] lx K
[2] De - reuert. CRXSKNBV; *om. with no break* ZOHA
[3] his CRSKNBPHQA; iis ZO
[4] penitentiam CKNBZOHQ; penigeruntentiam A
[5] *corr. from* sacros C?
[6] *corr. fr.* regelas O
[7] insp- CLRXSWBVP?ZOHA; resp- KND

**53**[1]

*De his qui filiastros suos ad confirmationem coram episcopis tenent*[2]

De his[3] qui filiastros suos ad confirmationem coram episcopis tenent, id est qui filios uxoris sue de uiro priori dum chrismantur ab episcopis super se sustinent[4], si inscitia[5] sicut asseris[6] fit, licet sit peccatum, tamen non usque ad separationem coniugum est[7] puniendum, lugeant tamen et digna penitentia hoc diluentes. Domino dicant. Delicta ignorantie nostre ne memineris.

*Ep. Nich. 635 no. 117; JE 2765; ID 1.304; IP 6.126; C 30 q 1 c 6*

---

[1] lxi K
[2] De - tenent CRXSKNBVP; *om. with no break* ZOHA
[3] his CRXSKNBPH; iis ZOQA
[4] -inent CSKDBZOHA; -inerat N
[5] inscitia C²RSWKD²ZOHQ; inscientia CDP; inscita L; inscia X; in Scythia BV; *lacuna* A
[6] asseris CSK?DBVZOHA; assertus N
[7] est CRXSKNBP; *om.* ZOHA

**54**[1]

*De interfectoribus suarum coniugum et quod*[2] *Gloria in excelsis Deo*[3] *in cena sit dicenda et quod*[4] *pallio eadem die uti sit licitum illis quibus est permissum*[5]

---

[1] lxii K
[2] quod CRXSKD²BVP; quia N; *om.* D
[3] Deo CLRXSW; *om.* KNDBVP
[4] quod CRKDB; quia N

Interfectores suarum sine iudicio coniugum cum non addis adulterarum[6] uel aliquid huiusmodi[7], quid aliud nisi homicide habendi sunt? Ac per hoc ad penitentiam redigendi, quibus coniugium penitus denegatur, exceptis adolescentibus de quibus beati pape Leonis[8] uicesima quinta est decretalium regula, immo indulgentia obseruanda. Porro Gloria in excelsis[9] Deo ab episcopis in cena Domini inter missarum sollempnia more nostro[10] dicenda est. Pallio uero[11] apostolico eadem die uti illis est licitum quibus [69vb] est ab apostolica sede permissum.

*Ep. Nich. 635-6 no. 117; JE 2765 cc.6-7; ID 8.125 to* obseruanda*, 5.20b (*Porro - *end); below 3.8.2 as ID 5.20b*; *IP 7.15 as ID 8.125; C 33 q 2 c 5 as IP, De cons. D 1 c 56 as ID 5.20b*

---

[5] De - perm. CRXSWKDBVP; De interfectionibus - licitum illis N; Item ZOHA
[6] -erarum CNDBZOHA; -erium K
[7] *corr. fr.* -mundi K
[8] Leonis CRXSKNBVPZ*; legionis OHA
[9] excessis A
[10] more nostro CSKNBZOQA; nostro more H
[11] uero CRXSKNBVZO[2]; uestro OHQ; A *uncertain*

## 55[1]

*Idem[2] Salomoni Constantiensi episcopo. De presbitero uel diacono crimen publice[3] confiteri nolente sed cum sacramento defendere se[4] uolente, cum tamen notum sit episcopo eum scelus perpetrasse[5]*

Presbiter uel diaconus quem asseris crimina nolle publice confiteri, sed uelle cum sacramento defendere se, et tamen notum sit[6] episcopo esse scelus ipsius perpetratum, non potest per aliquam penitentiam sacerdotali uel diaconali officio potiri. Sed mirandum si ipse confessus non fuerit quomodo notum possit[7] esse episcopo scelus[8] ab ipso perpetratum nisi accusatore forte idoneo per testes idoneos approbante. Vnde si examinante[9] episcopo causam[10] presbiteri uel diaconi non fuerit[11] per testium approbationem[12] presbiter uel diaconus forte conuictus non est scelus episcopo legitime manifestum nisi presbiter uel diaconus sua sponte scelus ipsum confiteatur? Quod nisi[13] fecerit, interim non uidemus[14] suo debere presbiterum uel diaconum officio priuari. Sola ergo spontanea confessio, et canonicus numerus uel qualitas testium, decernentibus episcopis et accusatore quod obiecerat comprobante clericum priuat proprio gradu.

*Ep. Nich. no. 138 c 3; JE 2849; ID 6.122; C 15 q 5 c 2*

---

[1] lxiii K
[2] Idem CRXSKNBV; Nicolaus ZOHA
[3] publice CKDB; *om.* N
[4] def. se CNDBV[2]; se def. K
[5] De - perp. CRXSKNDBVP; *om.* ZOHA
[6] sit CRXSKNBVP; est ZOHA*
[7] -sit CRXSKNZOHA; -set C[2]LWBVP
[8] ep. sc. CKDBZOA; sc. ep. N
[9] examinan A
[10] causam CKNBZHA; causa O
[11] -erit CRKNVPZOHA; -erint B
[12] ille *add.* ZOHA*, *om.* CRXSKNBV
[13] nisi CNDBZOHA; non *corr. to* si K?
[14] *corr. fr.* iudicemus Z

## 56[1]

*Idem Adalguino[2] archiepiscopo. De Lanfredo episcopo uenationi dedito[3]*

---

[1] lxiiii K
[2] Adalguino CRXSWKD; Aguino L; Alguino R; Alguuino ND[2]; Adaluino BP?ZOHQ; Adaluuino V; Aluino A
[3] De - dedito CRXSKNBVP; De – dedito. De Lanfredo episcopo R[2]X; *om.* ZOHA

Quorundam relatione fidelium nostris auribus intimatum est quod[4] Lanfredus episcopus qui et iuuenis esse dicitur, uenationi sit deditus. Quod[5] uitium plurimos etiam[6] de clericali cathalogo genere dumtaxat Germanos et Gallos irreuerentes[7] implicat. Verum iste si[8] ita est ut audimus[9] merito iuuenis dicitur qui iuuenilibus desideriis occupatus nulla senum grauitate constringitur.
*Ep. Nich. no. 116; JE 2847; ID 5.353a; +D 34 c 1a*

---

[4] quod CKNBZOHQ; quam A
[5] Quod CKNBZOHQ; *om.* A
[6] etiam CNDBZOHA; et K
[7] irreuerentes CSKBZOHA; irreuerendos K[2]; irreuerentos ND; irreuerenter P
[8] iste si CNDBZOHA; si iste K
[9] audimus CRKNBVZO; audiuimus LXSHQA*; ? P

**57**[1]

*De eodem et de hoc quod[2] cum filia[3] immoderatam tenebat familiaritatem*[4]

O miseram[5] uitam hominum et maxime sacerdotum, qui dum lucrandis fidelibus debent[6] insistere, uenandis [70ra] feris incumbunt, et quos capere oportet homines captant aues et bestias, qui dum mortibus student animantium uitam suarum amittunt animarum. O infelicem uitam super omnem uitam nam in quo magis quisque carnalis apparet[7] quam in tali uita? Venatorum enim uita nil preter carnes capit. In qua dum quisque permansit, nunquam probatus est. Nam ut beatus dicit Ieronimus, uenatorem numquam legimus sanctum. Ve huiusmodi presulibus qui dum debent[8] Petrum, Andream, Iacobum et Iohannem quibus a Domino dictum est. Venite post me, faciam uos piscatores hominum ad imitationem suam eligere, quorum et discipuli sunt, magis Nemroth et Ismahelem atque Esau reprobos imitantur, qui huiusmodi[9] adinuentionibus incubuisse referuntur. Nichilominus autem de hoc episcopo relatum est apostolatui nostro quod cum quadam filia sua immoderatam teneat familiaritatem, et ob id mala fama ei orta sit. Pro qua re a sanctitate tua ceterisque coepiscopis suis ammonitus ac correptus est sed nullatenus emendatus. Que res in hoc maxime displicet, et magis ac magis de se deteriorem reddit opinionem. in quo beatitudini tue et coepiscoporum suorum rationibus non obedit, et per inobedientiam in culpam[10] prothoplasti relabitur. Oportet ergo fraternitatem tuam synodale cum episcopis et suffraganeis suis conuocare concilium et hunc salutaribus eloquiis episcopum conuenire, atque illi pastorali auctoritate precipere quatinus et ab omnium bestiarum uel uolucrum uenatione penitus alienus existat atque ab immoderata[11] filie sue familiaritate semet omnino coherceat. Quod si parere[12] contempserit, et tam pro uenationis declinatione[13] quam pro immoderata filie sue conuersatione uitanda[14] uobis

---

[1] lxv K
[2] quod CRKDB; qui N
[3] sua *add.* KNDV, *om.* CRXSBP
[4] De - tenebat famil. (fam. ten. B) CRXSKNDBVP; Item ZOHA
[5] miseram CNDBZOHA; *lacuna in* K
[6] debent CKBZOHA; deberent N
[7] apparet CKNBZOHQ; aperiet A
[8] debent CKDBZOHA; deberent N
[9] qui huiusmodi CK[2]NBZOHQ; qui huiusmundi K; quibus modi A
[10] culpam CKNBZOHA; culpa Z
[11] *corr. fr.* -atu B?
[12] parere CKDBZOHA; patres N
[13] -ione CKNBZOHQ; -ionem A
[14] conu. uit. CRXKNBV; familiaritate (uel conu. *ss*) S; uit. conu. ZOHA

admonentibus obedire distulerit[15], a uestro[16] colle [70rb] gio excommunicatus abscedat. Quod si in hoc contumax adhuc apparuerit, a ministerio cessare debebit.
*Ep. Nich. no. 116; JE 2847; ID 5.353b and ends; +D 34 c 1b has* Nam ut beatus - legimus sanctum*, then* Nichilominus autem -- *end*

[15] *corr. from* distulit K, *from* distuelrit O
[16] a uestro CKNBZOHQ; auro A

**58**[1]

*Nicholaus Salomoni regi Britorum*[2]*. Quod episcopi Brittannie suffraganei sunt Thuronensis archiepiscopi*[3]

Hec quippe sunt precepta Dei patris tui, et hec est lex ecclesie matris tue, uidelicet ut omnes episcopos regni tui ad Thuronensem archiepiscopum mittere non detrectes[4], ipsiusque iudicium postulare[5] non dedigneris. Ipse enim est metropolitanus, omnesque episcopi regni tui eius suffraganei sunt. sicut conscriptiones predecessorum meorum[6] euidenter ostendunt, qui[7] predecessores tuos quia illos ab ipsius cura subtraxerant[8] forti inuectione corripere[9] studuerunt, quamuis nec nostra scripta super hac re missa deesse uideantur. Cumque coram designato Thuronice ecclesie presule[10] et integro numero collegarum, id est duodecim episcoporum celebrato conuentu fuerint eiecti episcopi regulariter examinati, apparueritque[11] quod canonice fuerint eiecti, ipsis in sua[12] deiectione manentibus, qui in locis eorum consecrati sunt poterunt utique[13] episcopatus honore potiri. Quod si eiecti[14] episcopi insontes fuerint declarati, his ammonitis qui illis subrogati sunt, ecclesias suas ipsi recipiant. Nam cum antecessores mei presules eiectionem[15] eorum episcoporum qui ab ecclesiis suis expulsi sunt, nec admiserint nec approbauerint, nec ipsos qui eis subrogari possunt[16] uiuentibus illis[17] legitimos episcopos[18] dixerunt. Sane si[19] ad Thuronensem[20] forte archiepiscopum[21] mittere prefatos episcopos dedignaris, stude duos episcopos de expulsis et duos de subrogatis una cum ecclesie tue legato ad apostolicam beati Petri sedem[22] transmittere, ubi digna examinatione premissa qui[23] legitimi episcopi sunt appareat, et suas ecclesias inregulariter non amittant[24]. Nichil enim[25] [70va] queo aliud in presenti

[1] lxv K
[2] Brit- CRXWB; Brittanorum SV[2]; Britt- KNDVZ; Britonum B[2]; Brut- LOH; ? A. Nich. - Brut. *in mg.* O
[3] Quod - arch. CRXSKDBV; Quod - suff. sunt N; *om.* ZOHA
[4] *corr. from* detretes A
[5] pust- N
[6] meorum CKDBZOHA; nostrorum N
[7] qui CRDBZOHA; quod K; que N
[8] -erant CKDBZOHA; -erunt N
[9] corripere CKNBZOHQ; corpore A
[10] *ss* B
[11] apparueritque CK[2]NBZOHQ; apparuitque K; aperuitque A
[12] examinati apparueritque - sua *in mg.* O
[13] *corr. fr.* ubique O
[14] eiecti LR[2]WKNBVPZOHA; *om.* CRXS
[15] -ionem CSKNBZOQA; -iones H
[16] -unt CKDBZOHA; -int N
[17] uiu. illis CRNDVPZOHA; uiu. K; illis uiu. B
[18] leg. ep. CKNBZOQ(*after* dixerint)A; ep. leg. H
[19] *ss* Z
[20] -on- *ss* O
[21] *corr. from* echiep- A
[22] beati Petri sedem CSKNBZOA; sedem beati Petri HQ
[23] qui CNDBZOHA; quod K
[24] amittant CRXSKNZOHQ; admittant BVPA
[25] enim CKNBZOHQ; *om.* A

negocio diffinire. Quia uero magna qui[26] sit metropolitanus apud Britannos contentio est, licet nulla memoria uos in uestra regione ullam habuisse metropolim ecclesiam. tamen si libet postquam Deus omnipotens pacem inter uos et dilectum filium nostrum Karolum gloriosum constituet, facile hoc poteritis aduertere. Quod si adeo contentius agere creditis, ad nostrum apostolatum[27] destinare contendite, quatinus nostro libramine que fuerit apud uos antiquitus[28] archiepiscopalis luce clarius innotescat, et deinceps omni ambiguitate recisa quem sequi episcopi uestri debeant incunctanter agnoscant. Neque enim ecclesias Domini per discordiam regum diuisionis aliqua pati dampna necesse est, cum quantum ex se est pacem quam predicant seruare studeant inuicem[29] et in omnes.

*Ep. Nich. 621-2 no. 107; JE 2708; +C 3 q 6 c 10*

[26] qui CRDBZOHA; quod K; quis N
[27] *corr. fr.* adp- O
[28] uel -tas *ss* C
[29] stud. inu. CRKDBZOHA; inu. stud. N; stud. in inu. D²

## **59**[1]

*Nicholaus Airardo[2] Thuronensi archiepiscopo. De quodam presbitero neque conuicto neque confesso irrationabiliter reiecto[3]*

Notum sit[4] tue fraterne[5] caritati quod iste presbiter pauper nomine Christophorus de sua angustia ad nostram clementiam lacrimabiliter sit conquestus, dicens se falsis criminibus impetitum et ab ecclesia sua[6] non conuictum neque confessum irrationabiliter fuisse reiectum. Nam ut ipse refert[7] tua diligentia per tres uices inquisitione facta nulla in se neque de fornicationis crimine neque de homicidii consensione[8] repperiri[9] potuit culpa, nisi quia sue paupertatis causa que petebatur aut consentire noluit[10] aut adimplere non potuit, quod suus tamen emulus ultroneus egit, qui illius ecclesiam iniuste preripuit. Idcirco magnopere monemus reuerentiam tuam ut que te forte ignorante[11] giezica[12] cupiditate peracta esse uidentur, tue [70vb] fraternitatis censura celeri emendatione corrigantur[13], scilicet restituendo ecclesie proprie iam dictum sacerdotem atque ei[14] reddendo[15] tua pietate quem perdidit pristinum honorem, et nullatenus canonica instituta alicuius temeritate contempni permittas[16], quia facientem et consentientem par pena constringit.

*Ep. Nich. no. 134; JE 2839; ID 6.429; +C 2 q 1 c 10*

[1] lxvi K
[2] *corr. fr.* Adir- O
[3] De - reiecto CRXSKNBV; *om.* ZOHA
[4] *ss* R
[5] *ss* R
[6] sua CLRXSBZOHA; *om.* KNDVP
[7] refret A
[8] consensione CKNBZO²H; consentione OQ; confessione A
[9] pereperiri N
[10] nol- CKBZOHA; uol- ND
[11] *corr. fr.* -antie K
[12] giez- CKNBZOQA; gez- H
[13] cori- C
[14] ei CXSKNBVQ; idem *obscurely corr.* Z; eidem OHQ²A
[15] ecclesie proprie iamdictum sac. atque eidem redd. *in mg.* O²
[16] permittas CRXSKNBVQ; permittatis ZOHA*

## 60[1]

*Responsiones Nicholai pape ad consulta Burgarorum[2] ad fidem conuersorum. De non abiciendis a populo[3] presbiteris coniugatis cp. lxx[4]*

Consulendum decernitis utrum presbiterum habentem uxorem debeatis sustentare, et honorare, an a uobis proicere. In quo respondemus quoniam licet ipsi ualde sint reprehensibiles, uos tamen[5] conuenit imitari, qui solem suum oriri facit ut euangelium[6] testatur super bonos et malos, et pluit super iustos et iniustos. Deicere[7] enim a uobis[8] non ideo debetis[9] quoniam nec Iudam Dominus cum esset mendax discipulus a[10] numero apostolorum deiecit. Verum de presbiteris uobis qui laici estis nec iudicandum est nec de uita eorum quicquam inuestigandum[11], sed episcoporum iudicio quicquid illud est[12] reseruandum.

*Ep. Nich. no. 99 c 70; JE 2812; Coll. Sem. 3.107; ID 2.82; IP 5.12; D 28 c 17*

[1] lxvii K
[2] Burg- RXSNDBVOH; Bulg- LKZA; ? C
[3] a populo CKNBZOH; apostolo A
[4] cp. lxx CRXSNVZOHA; *om.* KDB
[5] Deum *add.* C²LR²SBVZOHA, *om.* CRXKND
[6] *corr. fr.* euu- O
[7] Deicere CKNBZOH; Dicere A
[8] *corr. fr.* nobis Z
[9] non ideo deb. LRXSKNDV²; non deb. ideo C; ideo non deb. BPZOHA; non deb. V
[10] a CRXSKNBV; de ZOHA
[11] -igandum CKDBZOHA; -idum N
[12] illud est CKNBZO²H; est illud est O; est illud A

## 61[1]

*Item[2] idem[3]. Quod polluti sacerdotes non polluant diuina sacramenta. cp.lxxi[4]*

Sciscitantibus uobis si a sacerdote qui siue comprehensus est in[5] adulterio, siue de hac[6] sola fama respersus[7] est debeatis communionem suscipere[8], necne respondemus[9]. Non potest aliquis quantumcumque pollutus sit sacramenta diuina polluere[10], que purgatoria cunctarum contagionum existunt. Nec potest solis radius per cloacas[11] et latrinas transiens aliquid inde[12] contaminationis attrahere. Proinde qualiscumque sit sacerdos que sancta sunt coinquinari non possunt. Iccirco ab eo usque quo episcoporum iudicio reprobetur communio percipienda est, quoniam mali bona ministrando. se tantummodo ledunt[13]. Et cerea fax [71ra] accensa sibi quidem[14] detrimentum prestat, aliis uero lumen in tenebris amministrat[15], et unde aliis commodum exhibet, inde sibi dispendium prebet. Sumite ergo ab omni sacerdote intrepide Christi mysteria, quoniam omnia in fide purgantur. Fides est enim que uincit hunc mundum. Et quia non dantis sed accipientis sit, dicente beato Ieronimo ad

[1] lxviii K
[2] Item CKNBZOA; Idem S; *om.* H
[3] idem CRXKNBH; item S; eidem V; *om.* ZOA
[4] cp. lxxi CRSNV; *om.* XKDB; ? P; cap. lxx ZOHA
[5] in CNDBZOHA; *om.* K
[6] hac CRKNVZOHA; *om.* B
[7] *corr. fr.* rep- N
[8] suscipere CKNBZHA; suscipe O
[9] *corr. fr.* –entes R²
[10] que purgatoria polluere *add. and canc.* H
[11] -l- *ss* B
[12] inde CRXSKNBV(*after* contam.); exinde ZOHA
[13] ledunt CKNBZOH; legunt A
[14] quidem CKNBZOH; quod A
[15] -r- *ss* H

credendum in omni anima baptismum est perfectum, et in omni sacerdote corpus est[16] perfectum. Qui rursus sacre scripture concordans ait, Priusquam audias[17] ne iudicaueris quemquam, atque ante probationem accusationis illate neminem a tua communione suspendas, quia non statim qui[18] accusatur reus est, sed qui[19] conuincitur[20] criminosus.
*Ep. Nich. no. 99 c 71; JE 2812; Coll.Sem. 3.108; ID 2.83; IP 5.13; C 15 q 8 c 5*

[16] est CRNDZOHA; sit K; esse B
[17] *lacuna follows in* K; me *add.* ND, *om.* CXBVPZOHA
[18] *ss* K
[19] *corr. from* quia A
[20] con- *ss* H

## 62[1]

*Nicholaus Lothario regi. De eo quod non patiebatur in episcopum eligi nisi fauentem sibi[2]*

Porro scias quia relatum est nobis quod[3] quicumque ad episcopatum in regno tuo prouehendus est non nisi fauentem[4] tibi permittas eligi. Iccirco apostolica auctoritate sub diuini iudicii obtestatione iniungimus tibi ut in Treuerensi urbe et in[5] Agrippina[6] Colonia nullum eligi patiaris antequam relatum super hoc nostro fiat[7] apostolatui.
*Ep. Nich. no. 28; JE 2753; ID 5.357; +D 63 c 4*

[1] lxix K
[2] De - sibi CRXSKNV; De – nisi (? fau. sibi *in mg.*) B; *om.* ZOHA
[3] nobis quod CRKNVPZOHA; quod nobis B
[4] -entem CKNBOHA; -ente Z
[5] in CRSKNBZOA; *om.* H
[6] -ina CKNBHZA; -inia O
[7] nostro fiat RXKNBVPZOHA; fiat nostro CLS

## 63[1]

*Idem Michaheli imperatori[2]. Quod suspecti et inimici iudices esse non debeant[3]*

Quia suspecti et inimici iudices esse non debeant et ipsa ratio dictat, et plurimis probatur exemplis. Nam quid gratius et amabilius dare quis inimico potest quam si ei ad impetendum commiserit quem[4] ledere forte uoluerit? Quod prouide Constantinopolitana synodus canonum suorum sexto[5] dinoscitur prohibere capitulo.
*Ep. Nich. 460 no. 88; JE 2796; +C 3 q 5 c 15a*

[1] lxx K
[2] Idem Michaheli imperatori CRXSKNBV; Nicolaus papa Micaheli (Michaheli H) augusto ZOHA
[3] Quod - deb. CXSKNBV; *om.* ZOHA
[4] quem CRKNVPZOHA; qualem B
[5] *ss* C

## 64[1]

*Ne sine discussione admittantur accusatores, nec omnibus precipiatur accusationes facere contra dispensatores ecclesie[2]*

Placuit sancte synodo episcoporum qui Constantinopolim[3] concurrerunt[4] [71rb] ne sine discussione admittantur accusatores, nec omnibus precipiatur accusationes facere[5] contra dispensatores ecclesiarum. Veniamus et ad sanctam Calcedonensem

[1] lxxi K
[2] Ne (Non R) - eccl. CLRXSKNBV; Item ZOHA
[3] Constinolopim H
[4] conc- LXBVPZOHA; cumc- C; cuc- RSKND
[5] acc. fac. CRKNVPZOHA; fac. acc. B

synodum et quid nobis de Athanasio Perrenorum referat episcopo audiamus. Is enim antistes tercio euocatus ad synodum quia non occurrit a patriarcha suo canonice condempnatus extiterat. Sed solum quia[6] cum uocaretur ad synodum quod[7] inimicus esset ipse qui iudicabat clamauit a sancta Calcedonensi[8] synodo ad causas illatas sibi examinandas reseruatur, et nisi denuo conuinceretur recipere ecclesiam propriam iudicatur. O si Athanasius a patriarcha suo depositus quia de inimicitia[9] eius[10] conquestus est iterato ad iudicium renouandum dirigitur et si manifesta sibi[11] officiant crimina sue reddi ecclesie precipitur, quantomagis Ignatius qui non a patriarcha sed ipse potius existens patriarcha[12] minime debuit ecclesia propria inimicis et suspectis iudicibus decernentibus expoliari? Quod quamuis factum sit, multomagis quam Athanasius inimicorum soluto iudicio sua debuerat ab ecclesia recipi. Veniat et facundissimus noster papa Gelasius, hereticorum expugnator fortissimus, et quod de Constantinopolitanis episcopis more solito tunc egrotantibus dixit, etiam nunc nobis edisserat. Quero, inquit, ab his iudicium quod pretendunt[13], ubi nam possit agitari, an[14] apud ipsos, ut idem inimici sint testes et iudices? Sed tali iudicio nec humana debent committi negocia. Quod si iudicio ubi idem sunt inimici qui iudices. nec humana debent committi[15] iudicia[16], quantominus diuina, id est ecclesiastica? Qui sapiens est intelligat. Et reuera hinc Iustinianus[17] imperator pius[18] legibus suis promulgasse dinoscitur dicens, Liceat ei qui suspectum sibi[19] iudicem [71va] putat antequam lis inchoetur eum[20] recusare ut ad alium recurratur, nam quodammodo naturale est suspectorum iudicum insidias declinare et inimicorum iudicium[21] uelle refugere. Hinc sanctus Iohannes os[22] aureum concilii contra se congregati renuit intrare collegium.

*Ep. Nich. 461 no. 88; JE 2796; ID 5.55 as here; C 3 q 5 c 15b (omitting first sentence), of which all but* Athanasius a patriarcha – reddi precipitur *is a later addn*

---

6 solum quia CNDBZOHA; quia solum K
7 quod CKNBZH; quid O; quia A
8 *corr. to* -ense N
9 inimicitia CSKNBZOA; inimicia H
10 eius CKDBZOHA; est N
11 *ss* C
12 sed ipse pot. ex. patriarcha (*corr. from* -chas A) CKBVZOHA; sed ipse patriarcha ex. pot. N; suo depositus ex. patriarcha D
13 pre- *ss* Z
14 an CRXBVZOHA; aut KND
15 negotia. Quod si - comm. CRXBVZOHA; *om.* KND
16 *corr. fr.* negotia V
17 *corr. fr.* Iustinus V
18 imp. pius CSKNBZOA; pius imp. H
19 sibi CRXSKNBV; *om.* ZOHA*
20 eum CSKNBZOA; cum H
21 iudicium CLRXSKND(*after* uelle)BVZOH; iudicum $C^2K^2V^2$; suorum iudicum A
22 *ss* A

## 65[1]

### *De his qui a Nestorio dampnato episcopo excommunicati[2] uel dignitate sua exuti fuerint[3]*

Ait Celestinus papa episcopis orientalibus scribens. Si quis ab episcopo Nestorio aut[4] ab aliis qui eum sequuntur ex quo talia predicare ceperunt uel excommunicatus uel exutus est seu antistitis seu clerici dignitate hunc in nostra communione et durasse

---

1 lxxii K
2 -ati CNDB; -ato K
3 De - fuerint CRXSKNDBV; Item ZOHA
4 aut CKNBHZHA; *om.* O

et durare manifestum est[5], nec iudicamus eum esse remotum, quia non poterat quemquam eius remouere sententia qui iam[6] se prebuerat ipse remouendum.
*Ep. Nich. 462 no. 88; JE 2796; ID 14.58; IP 5.134; C 24 q 1 c 35*

[5] est CRKNZOHA; *om.* B
[6] iam CRSK?D[2]BVZOHA; tam ND

**66**[1]

*De eodem*[2]

Idem[3] ad clerum Constantinopolitanum. Aperte, inquit, sedis nostre[4] sanxit auctoritas nullum siue episcopum siue clericum seu professione aliqua[5] Christianum qui a Nestorio uel eius similibus ex quo talia predicare ceperunt uel loco suo uel communione deiecti sunt, uel eiectum[6] uel excommunicatum uideri[7], sed hii omnes in nostra communione et fuerunt et huc usque perdurant, quia neminem uel deicere uel remouere poterat qui[8] predicans talia titubabat[9]. Intellexistis imperator ex supra memoratis non potuisse ut non dicamus[10] prelatum suum saltem quemlibet remouere qui fuerant olim ipsi remoti nec deicere quemquam ante prostrati?
*Ep. Nich. 462-3 no. 88; JE 2796; ID 14.59; IP 5.135; C 24 q 1 c 36*

[1] lxxiii K
[2] De eodem CSKNBV; *om.* ZOH; Item A
[3] Idem CKNBZOH; *om.* A
[4] nostre LRXSKNBVZOHA; uestre C
[5] aliqua CNDBZOHA: *om.* K
[6] e- *ss* K
[7] -r- *ss* K
[8] qui CKD[2]BZOHA; quod ND
[9] -ba- *ss* Z
[10] dicamus CKNVZOHA; iudicamus B; ? P

**67**[1]

*Quod excommunicati ad iudicandum recipiendi non sint*[2]

Miramur quomodo excommunicati[3] ad[4] iudicandum recepti sint, cum[5] secundum apostolicos canones sine commendaticiis litteris in communione sola recipi prohibeantur. Absurdum enim est[6] ut cui non liceat[7] etiam cum[8] minimis iuxta[9] sacras regulas communicare liceat pene [71vb] suos[10] etiam de maioribus iudicare.
*Ep. Nich. 463 no. 88; JE 2796; +C 24 q 1 c 37*

[1] lxxiiii
[2] Quod - sint CRXSKNBV; Item ZOHA
[3] excommunicati CLR[2]SBVZOHA; *om.* RXKND
[4] *ss* C
[5] cum CKNBZOH; *obscure letter in* A
[6] enim est CRSNDBVZOA; est enim KH
[7] liceat CRXSKD; licet NBVZOHA
[8] com- O
[9] iuxta CKNBZH; O *obscure*; ita A
[10] pene suos CRXSKDVZOHA; penes suos RS[2]; pene nos N; penes uos B

**68**[1]

*Quod filii circa spiritualem patrem et discipuli erga magistrum sic deuoti, sic sobrii sint ut nec saltem*[2] *tenuiter illorum uitam reprehendant*[3]

[1] lxxv K
[2] saltem CRKNV; *om.* B
[3] Quod - repreh. CRXSKNBV; Item ZOHA

Nolite uos[4] estimare cuiuscumque proximorum nostrorum que sunt[5] digna reprehensione uelle defendere sed quod ita[6] uelim filios circa spiritualem patrem et discipulos erga magistrum deuotos ac sobrios esse ut nulla penitus temeritate ad eorum uitam[7] ut non dicamus diiudicandam[8], sed nec saltem[9] tenuiter reprehendendam[10] prosiliant[11].
*Ep. Nich. 464 no. 88; JE 2796; D 21 c 5*

---

[4] uos CRSKNDV; nos BZOHA
[5] *ss after* reprehensione K
[6] uelle *add. and canc.* Z
